



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Liber Vitae Sancti Engelberti Primvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Cæsarius anno 1227. scripsit vitam S. Engelberti. **A**
 Recenset in hac Epistola numero XIX. hos tres de actibus, passione, & miraculis Sancti ENGELBERTI: quorum priores duos à se Anno salutis 1226. & 1227. conscriptos ipse in diuersis locis satis innuit: tertium vero non nisi 1237. aboluisse *lib. 3. cap. 74.* docet.

Cæsarius anno 1237. scripsit miracula S. Engelberti. **B**
 Porro ita partitus est Cæsarius hos libros, vt primo SANCTI ENGELBERTI natales, corporis animiq; dotes, & reliquam vitam encomiastico dicendi genere explicet. Secundo occasionem Martyrij, passionē ipsam cum circumstantijs, & pœnam quæ Sancti nostri occisores necisq; eius conscios manerit, cum nōnullis miraculis enarret. Tertium demum, soli miraculorum insigniorum tribuit enarrationi. Stylus Cæsarij vbiq; planus est & materiæ satis conueniens quem ramen Surius in duobus prioribus hinc inde modice correxerit, tertium Surius in compendium redegit. Cæterum ipse Cæsarius styli sui rationem in præfatione reddit.

Partitio Historiæ de S. Engelberto. Stylus Cæsarij.

LIBER VITÆ **C**
 SANCTI ENGELBERTI
 PRIMVS.
 Caput Primum.

In quo de Etymologia nominis eius pauca. &c.



AD honorem Dei Patris, & Filij eius Iesu Christi, Domini ac Saluatoris nostri, & sanctæ matris Ecclesiæ: actus, passionem & virtutes Preciosi Martyris & Archipræsulis nostri ENGELBERTI descripturus, gratiam inuoco Spiritus sancti: vt qui iam positus super candelabrum, fulgore miraculorum lucet in domo Dei, & in Ecclesia specialius beati Petri Apostoli, styli mei ministerio vtcunque valeat illustrari, & ad posterorum notitiam vtiliter declarari. Videtur mihi in primis Antistitis nostri vocabulum, quoddam futuræ beatitudinis eius fuisse prælagium. Ex Teutoni-

Aco enim Latinoque compositum, Angelicam sonat libertatem, significans, ENGELBERTVM de iugo peccatorum per mortis necessitatem ad Angelicam migraturum libertatem. Si Deus à nobis mirabilis prædicatur in sanctis suis antiquis, multo magis mirabilem se ostendit in nouo martyre, & tali martyre diebus his nouissimis, eò quod miraculorum tempora modò non sint, vt quidã ait: Rara auis in terris, sanctitas huius temporis. Et ideò miracula crebra, quæ de Patre nostro videmus & audimus, & per ipsius merita fieri credimus, tanto nobis debent esse gratiora, quanto propter tempus rariora. Sanctitatem, quæ vitæ defuit, mors preciosa suppleuit: & si minus perfectus in conuersatione, sanctus tamen effectus est in passione. Consummatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. Nam placès Deo æterna prædestinatione, factus est dilectus in passione. Quis enim sanctitati eius contradicat, quem cordium cognitor, & meritorum ponderator Dominus, signis tam varijs mirificat? Non qui seipsum commendat, vt ait Apostolus, ille probatus est: sed quem Deus commendat, ille probatus est.


Etymologia nominis Engelberti.

Psal. 67.

Sap. 4.

2. Cor. 10.

Notatio ad Caput primum.

C æsarius nomen S. ENGELBERTI ex germanico & latino componens, Anglicam libertatem interpretatur: antiquarij Angelicum filium, vel Angelis dignum dicerent: bert enim vel brecht & beren/olim prolem & parere, & werdt dignum significabant. Sic Hildebertus seu Childebertus ex origine Germanicã deriuando, Huldwerdt obsequio dignus, vel obsequiosa proles dicitur: Cheribertus seu Heribertus, chr werdt/filius honoris, vel honore dignus: Dagubertus, Dagswerdt/die dignus, vel diei filius: Philibertus, Vielwerdt/multum dignus, vel multiplicata proles: Albertus, Allwerdt/omnibus dignus omnisve proles; secundum etymologiam explicantur.

Caput Secundum.

In quo de sancti nostri parentela, forma corporis, & Fortuna bonis in aetate iuuenili & de recusato Episcopatu Monasteriensi, &c.

VIDE-

CAN. 2 & 8. **V**IDETVR sancto ENGELBERTO congruere, quod per Salomonem **A**
 dicitur: *Læua eius, id est, Christi, sub capite meo, & dextera illius
 amplexabitur me.* Ad læuam sponsi pertinent bona corporalia &
 terrena: ad dexteram verò, bona spiritualia atque cœlestia. Bona corpo-
 ralia sunt, generis & morum nobilitas, valetudo corporis & pulchri-
 tudo. Bona dextræ, virtutes sunt, quibus in præsentia anima illumina-
 tur: & vita æterna, quæ virtutibus promeretur. Vtraque bona, dextræ
PROU. 3. scilicet & sinistra Salomon alibi exponit, cum dicit: *Longitudo die-
 rum in dextera eius: diuitiæ autem & gloria, in sinistra illius.* Sanctus
 autem ENGELBERTVS quandiu vixit, gloria & diuitiæ in domo eius
 fuerunt: cuius iustitia, quam per passionem meruit, permanet in seculū **B**
 seculi. Quam copiose in præsentia bonis sinistra sustentatus sit, & in illis
 quieuerit, paucis explicabo. Quæ enim in tempore geruntur, cum tem-
 pore voluntur, & nisi scripto perpetuentur, citius ab hominum me-
 moria delentur. Erat autem vir nobilis valdè & spectabilis genere, fi-
 lius ENGELBERTI Comitum de Monte. Cuius patrum fuere Fridericus &
 Bruno Archipræsules Colonienfes. Adolphus verò, qui Brunoni in E-
 piscopatu successit, patrum eius filius fuit. Mater eius, filia erat Comitum
 Geldrensis, viri diuitis atque potentis. Theodoricus Episcopus Mo-
 nasteriensis, & ENGELBERTVS Osnaburgensis electus, nepotes patrum
 eius extiterunt. Ecce de tam nobili ac insigni prosapia Martyr noster car-
 nis duxit originem. Nec degenerauit moribus: quia ab ineunte ætate
 puer prudens erat & amabilis, secundum nominis sui participium, ge-
 nens vultum Angelicum: tractabilis, liberalis, humilis satis, & graciosus
 valde. Annos pueriles transcendens, & in adolescentem proficiens, ita
 se omnibus conformare studuit, vt clericis se clericum, & militibus se
 militem exhiberet. Erat etiam in eadem ætate tantæ pulchritudinis, vt
 in omni clero, nec in laicis quidem, vir illo pulchrior inueniri non pos-
 set. Ad spectum decorus, statura procerus, viribus robustus: ita vt speciali
 quodam priuilegio mater natura tantæ speciei congaudere, & in illo
 quasi in speculo resultare videretur. Huiusmodi diuitijs naturæ, acces-
 serunt diuitiæ, vt ita dixerim, fortunæ. Nam cum adhuc puerulus stu-
 deret in scholis, sic stipendijs Ecclesiasticis oneratus est, & honoratus
 ecclesijs, videlicet Præbendis & Præposituris, vt magis dignitates & di-
 uitia eum venerari, quam ipse illas, viderentur. Non opera iustitiæ hæc,
 neque salutis diuitiæ, sed retia dæmoniorum, instrumenta & laquei
 pec-

PROU. 3.

Genus
eius.
Pater.
Mater.

Egregia
corporis
forma.

Abundat
opibus.

A peccatorum, quos ipse euadere non potuit. Nam mundanæ gloriæ deditus, totus illis multipliciter est irretitus : sed electis, teste beato Paulo Apostolo, omnia cooperantur in bonum. Hæc idcirco commemoro, vt cognoscat lector, de quali viro martyre sibi elegit Dominus, de vase iæ faciens vas gloriæ. De scholis emancipatus, in Præpositū maiorē est electus. Electus est deinde in Episcopū Monasteriensem: sed eundē Episcopatū suscipere non acquieuit, adolescentiæ suæ fortè pertimescēs.

Notatio ad Caput Secundum.

B ENGELBERTVS Archiepiscopus Coloniensis, S. Romani Imperij Princeps Elector, & per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux, &c. natus est Patre

C MARGARITA Geldriensium Comitis & Seynardæ Brabantæ filia, Anno Christi 1185. quo Engelberto Patri graue bellum minusq; auspiciatum cum Comitibus Arnsbergensibus intercessit, & Fridericus Barbarossa in Imperio trigessimū pri-

D mum, Philippus Heinsbergicus in Archiepiscopatu & Electoratu Coloniensi decimum nonum annum agebant. Vt verò Lectori cū pio tum antiquitatis studioso appareat, quā nobili is stirpe ortus sit : Vtrumque paternum & maternum ascendentiæ lineæ adiecti schema, eâ figurâ, qua Illustres Metropolitanæ Coloniensis Ecclesiæ Canonici nobilitatem natiuam monstrare solent. ¶




1185. nasci-
turi S. EN-
GELBER-
TVS.

Maiores S.
ENGEL-
BERTI.

B

Ha-

Dis seindt die Ahnberre S. Engelberti.



HISTORIÆ S. ENGELBERTI. VI

A Habes Lector, in obiecta tibi pagella, expressos incisoris manu S. ENGELBERTI maiores; Vnde ipsi magna laudis fit accessio: nam vt ait Euripides:

*Inest in homine mira & euidentis nota
Probis satum esse generis illustrat decus
Quisquis celebribus dignus est natalibus.*

Nunc eiusdem pagellæ explicationem accipe. Figura quæ ad Arboris Genealogicæ radicem Episcopum in throno representat, est Archiepiscopale sigillum S. ENGELBERTI, sed


Sigillum
S. Engelb.

B contractiori forma monstratur, cum ipsum magnæ manus volam excedat; quale vt plurimum suffixum citatis in hoc opusculo diplomatibus: integrius non vidi quam in archiuus Nobilis Collegij Vilecensis, & præclari Monasterij Sancti Maximini Coloniensis, quorum exemplaria imitari cælator studuit. Epigraphæ erat: ✠ ENGELBERTVS DEI GRATIA SANCTÆ COLONIENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCO- PVS. Libro quem Episcopus læua tenet hæc erant inscripta: PAX VOBIS.

C Leo qui ad alterum arboris Genealogicæ latus tenet transuersaria tigna seu potius rhomboiden, modernum Altenanæ gentis insigne ostendit: consentiunt manuscripti; Illustrissimam familiam Altenanam post Martyrium SANCTI ENGELBERTI, in detestatione commissi sceleris rosam gentilitiam, in signum mutasse quale hodie gerunt MARCANI, qui olim Altenani dicebantur.



Scutum
Marcanū.



Ipsa

Origo &
Patria S.
Engelberri

Ipsa Nobilitatis initia exhibeo ultra Rhenum ex aduerso Coloniae ccepta, quod illam trans Rhenum Patriam, B. EN- A
GELBERTVS & Natalibus suis illustrarit, & sanguine purpu-
rarit; atque cum quod ad maternum, tum etiam Paternum
genus suam inde hauriat originem: vti constat de Altenano
cuius insignia hic ex roseti ramusculo suspenduntur. De
Geldriensi vero familia, nullus ambigat, quin extrans Rhe-
nanis prodierit, non solum quia Sicambri seu Geldrienses
olim trans amnem habitauerunt, sed ideo maximè, quia fa-
milia Praefectorum Geldriae, lares & patrimonium è regio- B
ne nostra ad Siegam fluuium habuit. Hinc in archeis legi-
mus, à B. Mengegoso Geldro in paterno fundo ad Siegam
constructum Vilecense collegium; & ab Arnolde Geldro
ArchiEpiscopo Coloniensi, apud Siegam Reindorpensem
Parthenonem in ipsius haereditarijs bonis conditum & ex-
structum.

Vetus in-
signe Gen-
tiliū Gel-
drorum.

Maternas SANCTI
NOSTRI imagines, non
roseto, sed esculo illiga-
ui, quia Geldriense Stē-
ma olim tres esculeos
flores (drey Mespel Blumē)
in insignibus referebat,
duos superius & inferius
vnum, purpureos, sicut
eosdem flores, ad Sie-
gam fluuium Generosa
Dominorum de Eratorff
& Wildenberg HATZ-
FELDIA prolapia in in-
signibus suis repræsen-
tat.



C



D


Reli-

A Reliqua ex singulorum insignium inscriptionibus facile intelligentur.

Cæterum ut eorum etiam SANCTI ENGELBERTI Agnatorum, qui in secundo hoc capite & alibi in actis recensentur ordinem & propinquitatis gradum distinctè Lector cognoscat: hic consanguinitatis eius seriem aliquo modo adumbrabo, defectus alias suppleturus. ☞

B

Stemma
Familia



S. ENGEL-
BERTI.

C

D

B. Euerhardus fundator
veteris montis ordinis
Cisterciensis. ☞

Adolphus Comes de Altenâ & de Monte,
in priuilegio S. Annonis de anno 1068.
vocatur Aduocatus de Monte. Vxor Alei-
dis Arnoldi Cluiæ Comitis filia.

Bruno eius nominis secundus
Archiepisc. & Elector Colon.

Adolphus Comes Altenæ & Montii.
Vxor Filia Henr. comitis Arnsberg.

.B 3

~ Fride-

Fridericus Archiepiscopus & Elector Coloniaensis.

Bruno tertius Archiepiscopus & Elector Coloniaensis, abdicauit se Episcopatu. Anno 1193.

Engelbertus comes Montium obiit Anno Chr. 1189. in S. Martini festo. Vxor Margarita Geldra Henrici filia.

Euerhardus comes Altenæ. Vxor Margarita Iuliacensis.

S. ENGELBERTVS Archiepiscopus & Princeps Elector Coloniaensis, Natus 1185. Electus in Archiepiscopum 1216. Feria secunda post Dominicam Inuocauit, pro defensione libertatis Ecclesiasticæ Martyr factus 1225. 7. Nouembris. *

Adolphus comes Montium obiit in terra sancta ante Damiatam 1218. in Augusto. Margarita quam alij erroneè vocant Irmgardim. Maritus Henricus Limburgicus à quo descendunt reliqui Montium Duces. *

Arnoldus Altenæ & Isenburgi comes. Vxor Elisabeth Hanoniæ comitis filia.

Adolphus Archiepiscopus & Elector Coloniaensis exautoratus.

Euerhard. Fridericus Isenburgi comes ad Ric^o Episc. Primogenerus Effendien. defuncto qui manus suas frater eius maculari sancti. Frideric. clericatū dimisit.

Theodoric^o Episc. Monast. Præposit. Metrop. Ecclesiæ Colonien. Georgij.

BERTIL. 1226. 13. Nouemb. bene est mortuus. *

Philippus Canonicus & Thesaurarius. Bruno de signatus Prepositus Traiectensis.

Wilhelmus. Codefridus.

Adolphus comes Altenæ & Marchiæ, conditor Hammonæ & Blanckenstein obiit 1249. 18. Iunii. *

Fride-
ricus
Limbur-
gi comes
fine li-
beris.

Theodo-
ricus co-
mes Lim-
burgi
vxor. N.
Horna-
na.

Ioannes Lim-
burgi comes
vxor. N. de
Gotters-
wick.

Ioannes
Limburgi
comes.
Ex his duobus descendunt
moderni Limburgi comites,
Domini in Styrum,
Brunckhorst, Brouch, &c.
quorum accuratam deduc-
tionem priuatim comuni-
co, & aliquando publice.

Engelbertus duas
vxores habuit Cu-
nigundim Schawen-
bergicam primam,
& Elizabetham
Falckenbergicam
secundam, quæ fuit
neptis ex fratre En-
gelberti Falcken-
bergici Archiepi-
scopi Colon. obiit
Bredfurtij in capti-
uitate 1277. sepultus
Kappenbergi.

Euerhardus ex pri-
mo matrimonio
charus Rudolpho.
vxor Irmgardis filia
Adolphi comitis
Montium.

Engelbertus comes de Marcka, Mechtridis Arenbergenfis hæres vxor.
Engelbertus Episcopus
Leodienfis post Adol-
phum Patrum suum,

Otto ex Canonico
Leodienfi & Præ-
posito Traiectenfi,
vxorem duxit Irm-
gardim ab Holte
obiit 1262. 14.
Augusti.

Agnes nupta
Adolpho Mon-
tium comiti, Hen-
rici Limburgici
Nepoti ex Filia
Fratris S. ENGELB.

Engelbertus comes de Marcka, Mechtridis Arenbergenfis hæres vxor.

Engelbertus Episcopus
Leodienfis post Adol-
phum Patrum suum,
Edelina Hæres Cliticis.
¶
¶

Gerhardus Epi-
scopus Monaste-
riensis, vir doctus
Fundauit colle-
gium in Borcken.



Duæ sorores elo-
catæ vna comiti
Tecklenburg.
altera comiti
in Zegenha-
gen.

Euerhardus à Marcka &
Arenberg. Vxor Maria v-
nica filia comitis Lossen-
fis Ludouici Domini mo-
ui Castellin Arduenna.
□□
^

Euerhardus
maior natu
obiit in
ludis
martialibus.

Engelbertus comes.	Adolphus ex Archiepiscopo Coloniensi Episcopo Monasterii post mortem fratris sui Engelberti, comes Marchiæ & Cliuiæ, vxor Margarita Iuliacensis.	Euethardus comes à Marchia & Arenberg Gubernator Ducatus Luxemburgensis. Vxor Maria comes in Blaquimont in Nortmannia.
Duo filij	Adolphus comes Marckanus, Dux Cliuiæ, Vxor Maria Burgunda.	Ioannes, Marckanus. Vxor, Comes Virmenburgica.
Ioannes Dux Cliuiæ comes Marckanus, vxor Elizabeth Burgunda Comitissa Niuersij & Estampij.	Wilhelmus Marckanus Lumangæ & Serani Baro vxor Ioanna Arschottana Domina in Schonhoffen.	Euethardus & qui hinc descendunt. Robertus Marckanus & eius posterij.
Ioannes Marckanus & Cliuensis. Vxor Mechtildis Landtgrauiæ Hassiæ.	Engelbertus Marckanus, Dux Niuersij, Vxor Carlota Vendosma comes. Hinc descendunt Duces Niuersenses & Mantuani.	Ioannes Marckanus, Vxor Margarita comes de Weda & Ronckel.
Ioannes Marckanus Dux Cliuiæ. Vxor Maria Hæres Wilhelmi Iuliacensis, Montensis & Rauensberg.	Ioannes Marckanus Luimaingæ & Soranij Baro, Vxor Margarita Filia vltimi Baronis Wasenariensis.	§§§

A Wilhelmus Dux. Vxor Maria filia
Imperatoris Ferdinandi.


Philippus Marckanus. Vxor Catha-
rina de Manderscheidt Schleiden.

Ioānes V Wilhelmus Dux Julie,
Cliuiæ, Montiū; comes Mar-
canus, & Rauensburg; Dñs in
Rauenstein, &c. sine liberis.

Carolus
Fridericus
sine liberis.

Quatuor
filia eloca-
ta primis
Proceribus
Europæ
vade mo-
derna
Principes
possesso-
res Duca-
tum.

Ernestus Marckanus
comes & Schleidanus.



*Qui viret in folijs venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum sanguine moros.*

Q Væ afferuntur hic à Cæsario de emancipatione seu
dimissione S. ENGELBERTI è scholis, consecutione
Præposituræ primariæ, & postulatione ad Episcopatum
Monasteriensem, videre licet in Notationibus ad caput
tertium.

Caput tertium.

D *In quo de occasione promotionis Sancti nostri ad Archiepiscopa-
tum Coloniensem.*

C IRCA idem tempus Dominus Adolphus Coloniensis Archiepi-
scopus, à pravis consiliarijs seductus, insuper multa pecunia cor-
ruptus, ab Othone filio Henrici Ducis Saxonie, quem ipse ex consen-
su Domini Innocentij Papæ, Romanorum Regem creauerat, & Aquif-
grani coronauerat, rupto iureiurando recessit, & aduersarium eius Phi-
lippum

C

lippum Ducem Sueuiæ, filium Friderici Imperatoris eligens, in sede regia consecrauit. Propter quod in ciuitate propria, Colonia scilicet, ex mandato iam dicti Innocentij, à iudicibus ad hoc delegatis citatus, excommunicatus & depositus est. Excommunicati sunt cum eo vniuersi penè nobiles terræ, eo quod ei adhærent, & Philippi partes fouerent. Quanta eodem tempore in Episcopatu Coloniensi perpetrata sint incendia, prouinciæ vastatæ, ecclesiarum bona direpta, nunc Othone, nunc Philippo præualente, paucis non potest explicari. Adolpho successit Bruno Præpositus Bonnenfis, qui à Philippo Rege, qui cum exercitu Episcopatum Coloniensem intrauerat, in castro Wassenberg magis dolo, quàm vi captus, vinctus est & eductus. Philippo autem occiso, & Othone in regno confirmato, ad sedem suam redijt: & non multò post in fata cedens, Theodorico sanctorum Apostolorum Præposito sedem reliquit. Hic præfente Rege Othone in Archiepiscopum est electus, & pallij dignitate eius gratia celerius donatus. Rege verò ab Innocentio in Imperatorem consecrato, propter retractionem terræ Mechtildis, quam Papæ contulerat, tam graues inter eos oriuntur inimicitia, vt Othonem, quem vsque ad hoc tempus paterno affectu fouerat, excommunicaret, eique Fridericum Henrici Imperatoris filium & Regem Siciliæ, aduersarium suscitaret. Ad cuius promotionem Sifrido Moguntinensi Archiepiscopo plenariam potestatem legationis contulit: qui Theodicum Archiepiscopum, eo quod fautor Othonis esset, indignè satis deponens, Adolphum restituit. Neuter tamen illorum Episcopatum recuperare valuit, licet in Curia Romana ab vtroque satis pro illo laboratum sit: sed vtrique trecentæ marcæ ex redditibus Episcopalibus sunt assignatæ. Ecclesiæ verò Coloniensi libera electio remissa est. Hæc inserta sunt ô Lector, vt posteris innotescat, in quali statu Ecclesiam, per longa & varia schismata laceratam & depauperatam Martyr noster factus Episcopus inuenerit, & in quali illam dimiserit.

Notatio ad Caput tertium.

Annales
schismatis
Coloniensis.

Multa hoc Capite notatu digna & historiæ præcipuè patriæ amatori non ingrata, sed quæ chronologica egeant distinctione, traduntur: ideo pauculis præmissis Annales de schismate post Henrici decessum excitato, adusque

SANCTI

HISTORIÆ S. ENGELBERTI.

19

A SANCTI NOSTRI primum Archiepiscopatus annum at-
texere non inutile fore visum fuit, vt appareat distinctè, tum
quo quæq; hoc capite enarrata anno contigerint, tum quæ
fuerit SANCTO NOSTRO ad Archiepiscopale & electorale
fastigium conscendendi, occasio.

Anno Christi millesimo cen-
tesimo octogesimo nono, in
Martinalibus Engelbertus Pater



1189. Obijt
Pater S.
Engelbert

B tum soluit, licet Gerhardus de
Horreo in manuscriptis chroni-
cis vitam ei ad annum 1192. pro-
roget. Biennio deinde nondum euoluto, millesimo cente-
simo nonagesimo primo, Philippus Archiepiscopus Colo-

1191. Obijt
Philippus
Archiepi-
scopus Colo-
niensis.



Hæc duo scuta Philippi Archiepisco-
pi Mansoleo vndique incisa sunt.



1193. Bru-
no de Al-
tena Archi-
episc. Col-
fit Mona-
chus vete-
ris montis,

niensis in Apulia obijt, & Brunoni Altenano cathedram re-
liquit. Is anno huius sæculi nonagesimo tertio ætate lassus,
infulam cum habitu monastico in Nobili Abbatia veteris
montis commutavit, & Adolpho Altenano locum dedit.

C 2

Anno

Anno nati Saluatoris nostri millesimo centesimo nonagesimo septimo, quo SANCTVS ENGELBERTVS duodecim^Aum vitæ agebat Henricus Barbarossæ filius Romanorum Imperator, vndecimo Kalend. Octobris, die B. Michaeli Archangelo sacrata, in Apulia fatis cessit. Eius mortem grauissimum schisma in Imperio secutum est; alijs (inter quos Adolphus Altenanus Coloniensium Archiepiscopus) Ottonem IV. Henrici Leonis Bauariæ quondam Saxonizq; Ducis filium Andernaci, (*Mutius Colonia*) Germaniz Regem^B proclamantibus, alijs Philippo Sueuorum Duci, Henrici fratri, alteri Barbarossæ filio, Erfurdiz coronam deferentibus; sunt qui asserant quod ab Adolpho Archiepiscopo Coloniensi & Theodorico Treuirensi alijsque primo electus fuerit Bertholdus Zaringiz Dux absens, Andernaci, solis diuitijs & fœda auaritia nobilis, de cuius malitia multa Cæsarius. Id cum audisset Philippus ab altera parte electus missis Andernacum legatis conuentum Principum ibidem disturbauerit; & datis vndecim millibus marcarum argenti cum Ducatu^C Sueuiz effecerit, vt Bartholdus renunciaret Electioni: nec quicquam igitur expectantes Colonia Adolphus noster & alij Bartholdi aduentum, admodum offensi, Ottonem Pictauiz comitem filium quondam Henrici Ducis Saxoniz, per Albertum comitem à Daghsburg & comitem in Leinegen, [quem Otto Frisingensis *de S. Blasio cap. 46.* vocat Emichonem] ex Anglia accitum elegerint: ita tradunt *Vrsergensis, Trithemius, Diuæ & alij.* nonnihil tamen aliter hæc^D Panthaleonita. Ex quibus omnibus manifestum, prius ab aduersarijs Philippi, Adolpho alijsque Bertholdum fuisse designatum Regem, qui Philippi muneribus inescatus dedit sua emanatione Principibus ansam eligendi Ottonis, vt pulchre Ægidius aureæ vallis Monachus habet *in Cathal. Episcoporum Leodiens. in Alberto Episcopo Leodiensi.*

Mutius

1197. Obijt
Henricus
Imperator.

Schisma
Imperiale
inter Ottonem
&
Philippum
Regem.

Adolphus
Altenanus
Archiepiscopus
Coloniensis
adhæret
Ottoni.

Franc. Guil-
limannus
lib. 9. Hab-
burgicorum
dicit Ber-
tholdum mi-
litem & opi-
bus florenti.

A Mutius author est *lib. 19.* post electum prius Philippum, quosdam Principes conuenisse alium vt Imperatorem eligerent. Quo in conuentu Bertholdus Dux Zeringensis magnis largitionibus effecit, ipse vt eligeretur atque appellaretur Rex, quod Philippus grauitè tulit. Quare cum omnibus, qui ipsi fauebant Principibus, comitia in Mulhausen celebravit; Vbi questus est de quorundam leuitate & inconstantia, qui tam leuibus adducerentur causis, vt alium sibi deligerent Imperatorem. Aderant Sueui, Saxones, Bohemi, Boarij multique Rheni Principes ac ciuitates, qui cum Philippo, contra quoscunque vellet coniurarunt. Copijs collectis aduersarios vexabant non medioeriter. Implebatur Germania rapinis & cædibus. Dux verò de Zeringen ad postremum pecunia exhaustus, cum Philippo redijt in gratiam, & Philippum Regem agnouit.

NB. Quod tunc Conradus ab Vrach fuerit datus obses Philippo prout capite 7. huius libri explicabo.

C Colonienfis ac Moguntinensis Archiepiscopi comesque de Leinzingen, tum etiam alii, (qui contra Philippum cooptauerant sibi Bertholdum Ducem) cupidi alterius Imperatoris (sperabant enim aliquid se efficere posse, quod idem volebant Papa & Rex Angliæ Richardus) misso ad Ottonem, qui id temporis cum Rege Richardo morabatur, legato, eum euocant ac spem Imperij consequendi faciunt. Coloniam igitur Otto vocatus venit; conueniunt multi eiusdem factionis; eligitur Otto in Regem, electionem approbat Pontifex: Philippum verò execratus furias ei inuocauit.] Hæc ex Mutio. Cur autem Pontifex Philippo negarit imperium: causa est, quam dederat ipse sua in patrimonium S. Petri inuasionè Vnde & canonum subiacebat execrationibus.

Refert Casarius *lib. 10. c. 25. dialog.* quod dum Coloniae Principes de nouo substituendo Imperatore in Palatio disceptarent agerentque post meridiem lucidissima stella visa sit; Ait enim, *tum currentibus nobis in curiam Archiepiscopi omnes*

illam vidimus sed quid portenderet visio tam insolita scire non potuimus.

1198.

Coronatio
Imperatorum,

Hæc sub initium anni millesimi ceteresimi nonagesimi octauo gesta sunt.

Sueuus in Vangionibus eâ Dominicâ quam in albis vocant (quam alii Moguntia in assumptione B. Virginis Mariæ) à Tarrentasiensi Episcopo Rex vnctus fuit, ac coronatus. Otto vero apud aquas Graneas quarto nonas Iulii solemniter cum benedictione diadema recepit. Vidi tabulas fœderis inter Ecclesiam Coloniensem eiusque Archiepiscopum Adolphum ac

1198. inter-
fuerunt co-
ronationi
Ottonis
Proceres.

Abbatiam Corbeiensis & Windekindum illius Præsulem, ipsa huius anni die, qua diademate coronatus fuit Otto, duobus sigillis munitas, ex quarum fine patefcunt eorum qui regi coronato adfuerunt nomina. Sic enim Literæ clauduntur.

Huius ergo facti seriem presenti instrumento commendatam sigilli nostri & Ecclesie B. Petri impressione firmamus, & testium subscriptione roboramus. Testes sunt hi: Theodoricus Traiectensis Episcopus, Thidmarus Mindensis Episcopus, Heribertus Abbas de VVerden, Lodovicus maior Præpositus, Vdo maior Decanus, Bruno Bonnensis Præpositus, Theodoricus Præpositus S. Gereonis, Gerardus Santensis Præpo-



A *Præpositus, Theodoricus Præpositus SS. Apostolorum, ENGELBERTVS Præpositus S. Georgij, Hermannus Choriepiscopus, Rudolphus maior Scholasticus, Henricus Dux de Limburg, Henricus comes de Seina, Simon comes de Teckelenburg, Arnoldus comes de Althena, Albertus comes de Eduarstein, Adolphus comes de Monte, Henricus comes de Kessele, Henricus comes de Hucksuvagen, Hermannus de VValdeck, Henricus de Swalenberg, Henricus & Gerhardus fratres de VVolmundtstein, Hermannus Coloniensis Aduocatus, Hermannus Schultetus de Susato, & Hermannus filius eius, Otto Camerarius, Henricus Dapifer, Henricus Marschalcus, Adam Pincerna, & alij complures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octauo, indictione prima. Datum apud Aquisgranum quarto nonas Iulij, per manum Godefridi Capellani, in die scilicet coronationis Domini Ottonis Quarti Romanorum Regis feliciter. Amen.*

Autumnali huius anni tempore ingentia incommoda Diocæsi Coloniensi illata fuere.

C Sue rus enim Mosellæ ripas obfedit, atque inde in Colonienses excurrit. Regiomagum, Bonnam, aliaque loca, & in reditu



Andernacum exussit. ita quondam prædixerat B. Engelbertus Tolbiacensis cæcus Ottoni familiaris. *Cæsarius lib. dial. 6. cap. 10.* Eadem belli fax diocæsin Coloniensem, adeoque Imperium Romanum adhuc anno millesimo centesimo nono

D *nagesimo nono* adussit, quo **SANCTVS ENGELBERTVS** Canonicus domicellaris, vt vocant, Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis, pro veteri more qui hucusq; perleuerat, è scholis emancipatus fuit. Quam ipse in illa ætatula de se expectationem deinceps apud omnes concitarit, id ex iis donis, quibus a author Naturæ illum decorârat, & morum facilitate sit omnino clarum. Vnde etiam post manumissionem è pul-

Philippus
Rex vastat
Colonienses.

1799.

Ex scholis
emâcipatio
S. ENGELB.

Opulentia
Clericalis
S. Engelb.

uere

S. Engelberti
beneficia
pro Præpositura.

S. Engelb.
præpositus
S. Seuerini.

Miraculū
Eucharisticum.

uere scholastico præter Præposituram S. Georgii, prima ab Archiepiscopali dignitas Metropolitana ipsi est oblata, de qua cum Theoderico Hinspergico Sanctorum Apostolorum Præposito, graui lite contendit. Extant ea de re literæ Apostolicæ Innocentij III. Summi Pontificis *lib. 2. Ep. decret.* sub tertio Nonas Nouembris anni præsentis, in quibus postquam Engelbertus noster & Theodericus procuratores suos Romam ad Innocentium ablegarant; ipse Pontifex causam Lacensi, Hemmenrodensi & Heisterbacensi Abbatibus ita commisit, vt aut litem sententia sua definirent, aut inspectas vtriusque rationes ad ipsum Pontificem referrent. Verum fueritne causa ab his delegatis iudicibus definita, an remissa, aut transactione dirempta, nusquam hætenus reperi. Hoc solum constat, Sanctum Engelbertum illa deinceps dignitate fruitum. Quinimò B. Seuerini aliquando Præpositum egisse, antiquæ testantur literæ. In priuilegio enim de sylua Widenhecke collegio Seueriniano concessa nominat se B. ENGELBERTVS Maioris & S. Seuerini Præpositum presidente sedis Episcopali Archiepiscopo Theoderico. Idem confirmant eiusdem Theoderici literæ de parochia in Ouerbach Capitulo S. Seuerini donatâ.

Placet hic, quia Cæsarius noster Heisterbacensis vix habitæ temporis ratione nonum suorum dialogorum librum de Eucharistia miraculis illustrat, subtexere celebre illud, quod Augustæ Vindelicorum contigit, miraculum. Mulier quædam hoc anno 1199. sacram ore reseruatam hostiam, ceraq; post circumdatam domi asseruabat, nescio quid illâ machinatura; verum poenitu-



A pœnitundine ducta, sacerdoti admissum facinus detexit, non tamen prius veniam delicti impetrauit, quàm sacram restitueret hostiam. Sacerdos igitur multa fidelium stipatus ceterua sacram repetijt hostiam, quam apertâ cerâ in carnem vidit mutatam: Multi curiositate ducti, oculis id vsurpare volentes eò confluerunt, quod & frequentibus prodigijs Deus illud confirmaret. *Ita fragm. hist. Bzouius, chron. Elvvang.* Huius prodigij occasione Lectorem ablegatum cupio, ad plura id generis in citate Cæsarii libro, contra nostri temporis hæreses perlegenda. Nunc ad historiam Coloniensem reuertar.

Anno millesimo ducentesimo, ab Innocentio Tertio Imperium confirmato Ottoni fuit prorogatum, Sueuo verò abrogatum. Vnde maius honoris sui tutandi studium vtrimque exarsit. Otto vt Adolphum Coloniensem suo obsequio arctius illigaret, iura nonnulla Ecclesiæ Coloniensis confirmavit, consuetudinem quandam Ecclesiasticæ libertati contrariam sustulit, & Ducatus Angariæ ac Westphaliæ donationem anno 1180. Philippo Heinsbergico factam, stabiluit. Diplomatum, quibus hæc ad posteritatis notitiam delata sunt, exempla subieci, vnus tamen partem tantum; alterum integrum adscripsi, vt simul inde appareat, qui isto æuo Magnates vixerint, atque Ottoni Imperatori & Adolpho Coloniensi adhæserint. Ex priori Ottonis diplomate has excerpti clausulas.

D *In nomine sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus. Ratio suadet, equitas requirit, Nostramq; decet Celsitudinem, omnium Ecclesiarum nostra indemnitate prouidere, & eas in sui honoris ac iuris conseruatione piè, & clementer conseruere, inter quas specialis gratia beneuolentia Coloniensem diligentes Ecclesiam: vniuersa bona, quibus à nostris antecessoribus minus decenter priuata est restituenda duximus ac liberanda, nec non ab indebitis oppressionibus ministeriorum quibus quon-*

1105.
Otto Rex
Adolphū
Coloniensem
Archiepiscopus
sibi deui-
cit.

Præuilegiū
Ottonis
Regis.

dam aggravata est, ad hæc quidem per fidelissimum Principem nostrum Adolphum venerabilem Archiepiscopum inuitati. Inde est quod omnibus Christi fidelibus, per scriptum præsens cupimus clarescere, quod nos attendentes deuotionis, ac fidelitatis constantiam iam dicti Principis nostri nobis sæpius exhibitam, Colon. Ecclesia, ei, eiusque successoribus allodium in Saleueldt, cum omni integritate & vsufructu attinentium, plenè restituimus, & in perpetuum confirmamus..... Et Ducatus allodia, feoda, siue ministeriales quos nunc Coloniensis Ecclesia vel alij eius nomine possident, cum bona voluntate Nostrâ & fratrum Nostrorum Henrici Palatini Rheni, & VVilhelmi de Brunswick & Heredum nostrorum, sine calumniâ sæpe nominatus Archiepiscopus & eius successores in perpetuum possidebunt. Mindensis etiam Ecclesia ea que à Coloniensi Ecclesia de bonis tenet eisdem, quietè sine aliqua contradictione possidebit. Præterea consuetudinem minus decentem quam Fridericus Imperator contra iustitiam indixerat, scilicet quod decedentibus Principibus, Ecclesiasticis videlicet Personis, quemadmodum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Abbatissis & Præpositis, eorum suppellectilem sibi violenter vsurpauit, penitus abolemus, nec à Nobis nec à Nostris successoribus retractandam. Ad hæc bona fide præmemoratum iuuabimus Archiepiscopum, vt bona que Coloniensis Ecclesia à Mosella superius tenet, & à quorum possessione ipse violenter destitutus est, recuperet. Vt igitur hoc Regalis nostræ munificentie factum piuum, ac commendabile, nullius impostero calumnia perturbari possit, sed ratum permaneat, etiam in perpetuum perseueret, presentem istam paginam conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo iussimus insigniri. Cuius rei testes sunt..... Argentinensis Episcopus, Dithmarus Mindensis Episcopus, Tirricus Traiectensis Episcopus, Bernardus Paderbornensis Episcopus..... Xantensis, Bonnensis Præpositus Bruno, Mechtildis Ducissa Brabantie, Baldeuvinus comes Flandriæ, Henricus Dux de Limburg, Otto comes Geldriensis, Arnoldus comes de Cliuo, Tirricus comes Hollandiæ, Henricus de Kuick, Henricus comes Seyn, Simon comes de Teclenburg, Arnoldus comes de Altena, VVilhelmus comes Iulie, Ger-

h. x. d. i. e.

A hardus comes de Are, Henricus comes de Hockesvagen, Henricus comes de Cessele, Rutgerus de Merheim, Conradus de Dicka, Giselbertus & Rutgerus de Brempt, Otto de VVikerothe, Henricus & Gerhardus de VVolnunstein, Hermannus Aduocatus Coloniensis, Hermannus de Kleinsorgius Aluetre Marefcalcus, Otto Camerarius, Reymarus de Rothe, Giselbertus ad annum de Cerreke, & alij quamplures viri honorati.

1200.

B Signum Domini Ottonis Quarti Romanorum Regis inuictissimi.



Alterum Diploma integrum.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Otto Dei Gratia Romanorum Rex & semper Augustus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Notum facimus tam futuris quam præsentibus, quod Nos pro fideli & præclaro seruitio dilecti & fidelis Principis nostri Adolphi Venerabilis Coloniensis Archiepiscopi, & totius Coloniensis Ecclesiæ, nobis sæpius exhibito, dilectos fratres nostros Henricum comitem Palatinum Rheni, & Wilhelmum, ad hoc induximus; quod vniuersa illa bona, quæ Philippus quondam Coloniensis Archiepiscopus, de Ducatu quondam Patris nostri illustrissimi Ducis Saxonie, siue in allodijs siue in feodis, seu in ministerialibus, aut in seruis obtinuerat de bona voluntate Coloniensium Ecclesiæ dimiserunt perpetualiter in pace sine conditione qualibet possidenda, iuramento firmantes, quod neque per se, neque per suos Coloniensem Ecclesiam super eorundem bonorum possessione vlllo vnquam tempore debeant molestare, ponentes quoque obsides tales: Comitem de Lininken, comitem Conradum de Regenstein, Georgium comitem de Wutha, Henricum de Hsenberg, qui iurauerunt, quod si prædicti fratres nostri contra constitutionem istam venire attentauerint, de bonis quæ à Palatino comite

Privilegiū
Ottonis
Regis.

Obsides
ex proceri-
bus.

D 2

Rheni

Rheni tenent in feodo Ecclesiæ Coloniensî contra Palatinum fer-
 uient, quousque eos ad satisfactionem inducant. His etiam tales ad-
 iunxerunt: Giselbertum de Brunshorn, Henricum de Mirvaldt, Thid-
 marum de Vlogelinken Marefchalcum, Wernerum Dapiferum, Iusa-
 rium pincernam, Henricum de Wonenberg, qui iurauerunt quod si
 fratres nostri contra hoc sacramentum venire tentauerint, Coloniã
 accedant ad vocationem Coloniensî Ecclesiæ Archiepiscopi, omni
 cessante contradictione, inde sine licentia Coloniensî Ecclesiæ nulla-
 tenus recessuri. Vt igitur hæc rata permaneant & inconuulsa, præsen-
 tem paginam conscribi, & sigilli nostri munimine confirmari fecimus,
 præcipientes destriçtè ne prænominati fratres nostri, aut aliqui eorum
 nomine, huic constitutioni contraire præsumant. Testes sunt Siffri-
 dus Moguntinus Electus, Hermannus Monasteriensis Episcopus, Imperia-
 lis aulæ Cancellarius, Bruno Bonn. Præpositus, Henricus comes Sejen,
 Simon comes de Tecklenburg, Gerardus comes de Are, Henricus co-
 mes de Cessele, Godefridus comes Arnsbergensis, Adolphus comes
 de Monte, Bernardus de Wilepa, Burckardus comes de Aldenberg,
 Hermannus de Lippa, Godescalcus de Pirremunt, Godefridus de Ep-
 penstein, Wulframus comes Rheni, Rutgerus de Merheim, Rutgerus
 de Brempt, Wernerus de Bolant, & frater suus Philippus, Herman-
 nus Aduocatus Coloniensî, Hermannus de Aluetre Marefchalcus, Ot-
 to de Schonenberg, Reymarus de Rothe, Cunradus de VVilre, Simon
 Aquensis & alij quam plures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incar-
 nationis millesimo ducentesimo. Datum apud VVirzenberg, tertio
 nonas Febr. per manum Hermanni Venerabilis Monasteriensis Epi-
 scopi Imperialis aulæ Cancellarij,

Viri Illu-
 stres Anno
 1200.

* Cas. lib. 10.
 Hal. cap. 19.

1201.
 Philippus
 Rex Colo-
 niam & A-
 dolphum
 Archiepi-
 scopum af-
 figit.

Anno millesi-
 mo ducentesi-
 mo primo, Sue-
 uis transmissis
 Mosella in dio-
 cœsim Coloni-
 ensem validissi-
 ma mouit manu,



COLONIAM AGRIPPINAM obsedit qui-
 dem, sed non cepit; grauiter tamen eam afflixit, atque ita, vt
 hz

A hæ & similes calamitates illatæ, Adolpho Archiepiscopo
 Colonienſi aliſque Principibus non minimam præbuerint
 occaſionem ruptæ Ottoni fidei, atque ab ipſo defectionis
 anno 1204. ſubſecutæ. Philippum Colonia in Germaniam
 regredientem ingenti cum exercitu inſequebatur Otto, et-
 iam Herbipolim uſque, ſed ſine ſtrage. Quod verò Colo-
 nia hoc anno à Philippo non ſit intercepta, videtur manife-
 ſtè ex circumſtantijs, quas adferunt auctores, colligi. Nam
 Bruno, quem volunt Archiepiscopum in vrbe comprehen-
 ſum, non eo anno præſedit, ſed primùm anno 1205, quo Ar-
 chiepiscopus fuit electus. Si cum Beluacenſi dixeris captum
 Adolphum, iam minus erit verofimile, eum à Philippo, non
 obtenta corona, è custodia fuiſſe dimiſſum.

Hoc tempore
 contigerunt
 in imaginib.
 Chriſti cru-
 cifixi notabi-
 lia duo mira-
 cula qua re-
 fert Caſarius
 lib. 10. dial.
 c. 19. & 20.

Eodem anno, ſexto idus Iunij Otto Noueſſi Apoſtolicæ
 ſedi conceptis verbis ſacramentum dixit. Haud multò poſt
 circa ferias SS. Petri & Pauli, Guido Cardinalis Prænèſtinus
 Colonia Agrippinæ in Philippum eiusque fautores anathe-
 matis mucronem ſtrinxit.

Otto Rex
 iurat ſedi
 Apoſto-
 licæ.
 Philippus
 Rex excõ-
 municatur.
 1203.

Non deſcuijt annis ſequentibus bellum inteſtinum Im-
 perii.

Anno milleſimo ducentefimo tertio è viuis abiit Her-
 mannus è Cattimilebocorum gente Monafterienſis in
 Weſtphalia Antiſtes, & in eius locum electus ENGEL-
 BERTVS NOSTER, ſedeundem Episcopatum (inquit Cæ-
 ſarius cap. 2.) ſuſcipere non acquieuit adoleſcentia forte ſue perti-
 meſcens, vtputa qui duodeviginti natiuitatis annos duntaxat
 numeraret.

S. ENGELB.
 Episcopatu-
 m recu-
 ſat propter
 iuuentutē
 ſuam.

Adolphus noſter hoc anno ſœdus cum Brabanto alias
 ſancitum innouauit, innouatæ confœderationis teſtes no-
 tantur: ENGELBERTVS NOSTER maior Præpoſitus, Vdo
 maior Decanus, Gerhardus Præpoſitus Santenſis, Bruno
 Præpoſitus Bonnenſis. Quatuor etiam Theoderici SS. Ge-
 reonis,

Hoc ſœdus cū
 Brabanto a-
 lias ſancitum
 fuit, cū Hen-
 rico I. Duce
 anno 1185.

iterum illud renouatum opera Ottonis Geldri 1251. teste Diuao lib. 11. rerum Brabant. renouatū iterū anno 1287.

reonis, Cuniberti, Andreæ, & Apostolorum Præpositi, Magister Oliuerus, & nonnulli alii è Clero. Otto Geldriæ comes, Theodoricus Cliuensis adhuc tum Puer, Guilielmus Iulix, Henricus Seinæ, Gerhardus de Are, Lotharius Hochstediensis, Henricus Kesselenfis, Adolphus Montium, Arnoldus Altenæ, *Arnold^o de Marcka, Godefridus Arnsbergi, Henricus Teckleburgi comites, Otto de Wickrode, Euerhardus de Arberg, Rutgerus de Merheim, Giselbertus de Brempt, Rutgerus Stammel, Hermannus aduocatus Colonienfis, Henricus de Volmudstein, Henricus de Alpheim, Hermannus de Aluctre, Otto Camerarius, Henricus de Rinscheim, Henricus de Wichterich, Theodericus de Erenpötte & alii. *Cuius Theoderici de Erenpötte Casarius lib. 6. miraculorum cap. 27. meminit.*

1204.
Philippus varia tētat loca. Harlingēberg. Ottonis victoria.

Anno millesimo ducentesimo quarto, ætatis SANCTI NOSTRI 19. Philippus primitus Saxoniam ingressus, ad castrum Harlingenbergense occupandum, inde ab obuiō Ottonē repulsus, Thuringiam vastare cœpit, in quā & Bohemum suppetias ferentem in fugam coniecit, & Hermannum Landgrauium sibi supplicem fecit. Tandem fortunam crescentem profecutus, Coloniensem diœcesim inuasit, Adolphum Præsulem ferro auroque expugnauit.

1205.
Philippus coronatur ab Adolpho Archiepiscopo. Quomodo Adolphus Archiepiscopus ab Ottone defecerit.

In festo Epiphaniæ anno 1205. Adolphus Archiepiscopus Colonienfis Philippo apud aquas Grantias Diadema Imperiale imposuit, eiusque coniugem ibidem coronauit, Deo tempore quo Otto æger Colonia Agrippinæ decubuit.

Arnoldus Abbas Lubecensis *in historia Schlaunorum lib. 7. c. 1.* auctor est, Wilhelmi Iulix comitis inductu Adolphum varijs ei propositis à Philippo largitionibus, ab Ottone alienatum fuisse. Vid: duas tabulas Philippi Sueui, vtrasque secundo Id. Ianuarij anni millesimi ducentesimi quarti, ex computatione Ecclesiæ Gallicanæ, id est, anno millesimo ducentesimo

fimo

Almo quinto ex computatione Ecclesiæ Romanæ; Aquisgrani datas, ex quibus aduertere licet, quænam Adolpho à Philippo Rege proposita sint munera; quique præter Adolphum Principes & Magnates eo tempore ab Ottone ad Philippum secesserint.

Tabula prima Philippi.

BIn nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Philippus secundus diuina fauente Clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Dignum est & à rationis tramite non discordat ad posterorum notitiam, memorabilia omnia Celsitudinis Nostræ gesta scripturæ solemnitate decenter transmitti, sed ea potissimum, quæ & laudabilibus liberalitatis Nostræ præconijs, & Gloriosissimis Maiestatis nostræ titulis sæliciter adornantur.

Priilegiū
Philippi
Regis.

Ideo vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentis quam futuri æui duximus declarandum, quod Nos allodium in Saluelr, quod charissimus Pater noster Fridericus Diuæ memoriæ Imperator Augustus à Philippo Colon. Archiepiscopo per concambium Imperio contraditum accepit, cum ministerialibus, hominibus, mancipijs, castris, villis, possessionibus, pratis, pascuis, syluis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, cum moneta, telonio, placitis, molendinis, piscationibus, omnique honore ac iustitia eidem allodio attinenti, fidelissimo Principi nostro Adolpho Colon. Archiepiscopo, omnibusque successoribus suis restitimus in perpetuum per fidelitatis eius constantiam ad hoc inuitati..... Vt autem hoc Sublimitatis Nostræ factum ratum semper & inconuulsum permaneat, hanc diualem paginam exinde conscribi iussimus, & sigilli nostri caractere communiri, statuentes & firmiter sub pœna Gratiæ nostræ præcipientes, vt nulli omnino personæ humili vel altæ, Ecclesiasticæ siue seculari, licitum sit ipsum Archiepiscopum aut eius successores super prouentibus nominati Allodij, ammodo inquietare vel aliquam eis irrogare iacturam, quod qui facere præsumpserit, in vindictam temeritatis suæ centum libras auri examinati, componat; dimidium cameræ nostræ, reliquum passis iniuriam.

Saluelr.

Viri illu-

Testes huius rei sunt Diethalmus Constantinen. Episcopus, Conradus Spirensis Episcopus, Henricus Argentinen. Electus, Gerhardus Præpositus Xantensis, Didericus Praepositus S. Cuniberti, Henricus Philippo.

Dux

* *Casarius*
lib. dial. 1.
cap. 31.

Dux Brabantia, Lodovicus Dux Bavaria, Henricus Palatinus comes A
Rheni, * Otto comes Geldriensis, Wilhelmus comes Iuliacensis, Lo-
tharius comes de Hostaden, Godefridus comes de Arnisperge, Otto
de Wicrode, Hermannus Colonienfis Aduocatus, Henricus Mar-
schalcus de Kallindin, Cuno de Minzenb^oe, Henricus de Smalinecki,
Henricus Dapifer de Walpur^oe, Walterus Pincerna de Scipfen, Hen-
ricus Camerarius de Rauinsperg. & alij quam plures.

Signum Domini Phi-
lippi Secundi Roma-
norum Regis inuictif-
simi.



EGo Conradus Ratisponensis Electus & Regalis aulae Cancellarius
recognoui. Acta sunt haec anno Incarnationis Dominicae millesi-
mo ducentesimo quarto, indictione octaua, regnante Domino Phi-
lippo Rom. Rege in clyto, Anno Regni eius sexto, datum Aquisgrani
per manum Sifridi Regalis aulae Protonotarij, secundo Idus Ianuarij.

NB. In fine dependet ex filio Serico sigillum aureum, ab vna parte habens tem-
plum tergemina insignitum turri. Porta templi inscriptum AVREA ROMA, &
Perigrapha est:

ROMA CAPVT MVNDI TENET ORBIS FRENA ROTVNDI.

Ab altera parte sedet Imperator in folio Regio, tenens dextra scētrum, sinistra
orbem mundi, cum hac inscriptione: PHILIPPVS DEI GRATIA ROMANO-
RVM REX ET SEMPER AVGVSTVS.

Secunda Philippi tabula.

Priilegiū
philippi
Regis.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Philippus secundus di-
uina fauente clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Re-
giae Maiestatis Nostrae sublimitas, deuota fidelium suorum seruitia cō-
suevit animo diligenti respicere, eisque pro meritis digna munificentia
suae beneficia liberaliter impertiri.

Qua-

- A** Quapropter notum facimus vniuersis Regni nostri fidelibus præsentibus & futuris, quod Nos attendentes synceram deuotionem dilecti Principis nostri Adolphi Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, quam ad Sublimitatis noſtræ promotionem feruenter exhibuit, ad dignam fidelitatis ſuæ remunerationem ipſi & Eccleſiæ Colonienſi concedimus & confirmamus; Ducatum Weſtphaliæ & Angariæ omneſque poſſeſſiones & iura eius, cum hominibus & miniſterialibus, omnibuſque pertinentijs iuuabimus ipſi & Eccleſiæ Colonienſi pro poſſe noſtro diligenter conſeruare. Insuper in Andernaco & Eckenhagen quicquid iuris habuimus, ipſi Archiepiſcopo & Eccleſiæ Colonienſi concedimus, ſicut ſereniſſimus Pater noſter Fridericus Diuus Auguſtus Reynaldo quondam Colonienſi Archiepiſcopo poſt victoriam à Romanis in conſictu habitam, dignoſcitur conſeſſiſſe. Præterea innouamus & concedimus ipſi Archiepiſcopo Colonienſi Moneras, Telonia, & Nundinas ſub eo modo & iure, ſicut chariſſimus Frater noſter Henricus Romanorum Imperator diuæ memoriæ Philippo Colonienſi Archiepiſcopo per priuilegium ſuum confirmauit. Ad ampliorem quoque dilectionis ſuæ euidentiam, liberali munificentia concedimus & confirmamus prædicto Colonienſi Archiepiſcopo curtem noſtram in Brakele, & Eccleſiam noſtram in Kerpene, præter villicationem & curtem eiufdem villæ, quam ad manus noſtras ſpecialiter retinemus. Statuimus igitur & Imperiali ſancimus edicto, vt nulla omnino perſona humilis vel alta ſæcularis vel Eccleſiaſtica, prædictum fidelem noſtrum Adolphum Colonienſem Archiepiſcopum & Eccleſiam Colonienſem in hac Maieſtatis Noſtræ conſeſſione audeat moleſtare, vel aliquo modo perturbare. Quod qui facere attentauerit à Gratiâ noſtrâ exclusus, centum libras auri, pro pœna componat, dimidium cameræ noſtræ & reliquum paſſo iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam, præſentem paginam inde conſcribi iuſſimus, & Maieſtatis Noſtræ ſigillo communiri. Huius rei teſtes ſunt Dyethelmus Conſtantinenſis Epicoſopus, Conradus Spiræſis Epicoſopus, Henricus Wirtzeburgenſis Electus, Henricus Argentinenſis Electus, Gerhardus Præpoſitus Xantenſis, Theodericus Werdenſis Præpoſitus, Ludeuuius Dux Bauariæ, Henricus Dux Louaniæ, Bernardus Dux Saxonie, Simon Dux Lotharingiæ, Henricus Palatinus comes Rheni, Otto comes Geldrienſis, Wilhelmus comes Iuliacenſis, Lotharius comes de Hoſtaden, Genehardus Burgrauius de Magdeburg, Henricus Marſchalcus de Kallendin & alij quam plures.

Weſtphaliæ & Angariæ Ducatus confirmantur.

Andernach & Eckenhagen.

Victoria Reynaldi Archiepiſcopi cõtra Romanos.

Brakel Kerpen.

Nomina Procerum.

E Signum

Signum Domini Phi-
lippi Secundi Roma-
norum Regis inuictis-
simi.



EGo Conradus Ratisponensis Electus & Regalis aulae Cancellarius
recognoui. Acta sunt haec anno Incarnationis Dominicae millesimo
ducentesimo quarto, indictione octaua, Regnante Domino Phi-
lippo secundo Romanorum Rege gloriosissimo anno Regni eius se-
xto. Datum per manus Sifridi Regalis aulae Protonotarij in ciuitate A-
quisgrani II. Idus Ianuarij.

Displicuit Adolphi defectio Colonienſibus, qui (vt vtar
Colonien- verbis Arnoldi Lubecensis) *Fidem Ottoni seruabant, arguentes
ses Adol- super hoc Archiepiscopum, quod eis inconsultis tantam nouitatem pra-
phum Ar- sumpſisset. Multisq; supplicationibus ei insistebant, vt factum suum re-
chiepisco- tractare vellet, reuocantes ei ad memoriam factum Domini Papae, qui
pum ob ad ipsius petitionem Regem Ottonem confirmasset & nulli nisi ipsi
defectione accusant manum imponere decreuisset. Cumq; Archiepiscopus nec animum nec
apud sede factum mutare voluisset, directa sunt litera ad Dominum Papam tam
Apostoli- Regis quam Capituli Maioris, & ciuium ciuitatis, quod factum fuerat
eam, ei sibiliter insinuantes, vnde commotus per Apostolica scripta Archie-
piscopo mandauit vt infra sex septimanas Apostolica sedi se exhiberet
& de obiectis se expurgaret. Subiungit Arnoldus cap. 3. dicti li-
bri 7. Archiepiscopus tamen neglecto mandato Apostolico eius presen-
tia se non exhibuit: Vnde dati sunt iudices Henricus Canonicus ad S.
Gereonem, Anselmus & Christianus Parochi, qui eum legitime ci-
tatum monuerunt, vt errori suo renunciaret, quod si nollet, eum ex-
communicatum deiicerent, & alium idoneum Ecclesiae suae praeficerent.
Ergo eodem anno qui erat S. ENGELBERTI vigesimus, Si-
fridus.*

A Sifridus Archiepiscopus Moguntinus & Ioannes Episcopus Cameracensis S. Sedis Apostolicæ Legati, vi commissionis ad hanc rem datæ, anathemate Adolphum Coloniensem ferierunt, cum annexis mandatis, queis iubebatur Romæ sese ad dicendam ulterius causam sistere. Factum id, ex Godefride Monacho colligitur, Colonia in Ecclesia S. Petri ante ferias Pentecostes; eandem imperij sui inhibitionem, seu ut loquuntur, depositionem enucleatius latiusq; describit Manuscriptus Patris Serrarij in historia Moguntina in dicto Sifride.

Adolphus
Archiep
Colonien-
sis excom-
municatur.

B Sifridus ait Moguntinus ac Cameracensis Archiepiscopus, ab Apostolica sede Commissarij constituti, Colonia venerunt & coram omni Populo in maiori Ecclesia, Adolphum eiusdem vobis Archiepiscopum ab Innocentio Papa excommunicatum esse (quod scilicet eo ipso anno excommunicatum Philippum Aquisgrani coronasset) publice denunciauerunt, atque nisi intra mensem post hanc denunciationem satisfactorius se Romam conferret, officio Pontificali fore deponendum. Adolpho igitur sua in pertinacia perseuerante, & censuras Apostolicas contemnente, prædicti Antistites commissarij denuo Colonia aduentantes 13. Kalend. Iulij in Maiori Ecclesia, in præsentia Regis Ottonis, coram omni populo prædictum Archiepiscopum Adolphum ab officio deponunt. *Et paulo post:* Fuit igitur istis temporibus in omni terræ Cisterhenanæ regione maxima calamitas, præcipue tamen in Moguntina & Colonienfi Prouincijs, cum ob Sifridi Archiepiscopi deponentis audaciam, tum ob Adolphi depositi resistentiam.

Quas hac in causa Innocentius tertius Pontifex literas dedit ad Archiepiscopum Moguntinum, Episcopum Cameracensem, & Scholasticum S. Gereonis, in gratiam antiquitatis amantium hinc subijcio.

D Innocentius Episcopus Seruus Seruorū Dei, venerabilibus fratribus, Literæ In Archiepiscopo Moguntino, & Episcopo Cameracensi, & dilecto filio nocentij Scholastico S. Gereonis; Salutem & Apostolicam benedictionem. Ut contra Adolphum Coloniensem Archiepiscopum incidat in foueam quam pararat, & intret impius gladius in cor eius, pertinax ipsius inobedientia, periurium iteratum, & proditio vulgata deposcunt. Ipse enim nec Deum timēs, nec reueritus hominem, nec Colonienfis Ecclesiæ digni-

Peritium
Adolphi
Archiepi-
scopi Co-
lonienſis.

Vide Apo-
ſtolicā au-
toritatē.

Adolphus
Archiepi-
ſcopus
corruptus
pecunia.

tatem attendens; in offenſam Dei, Romanæ Eccleſiæ contemptum, & ſuæ ſedis diſpendium à ſe iugum obedientiæ excuſſit, iuramentum ſemel atque iterum præſtitum violauit, & eum prodidit quem creatur. **A** Sanè cum olim chariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Ottonem in Romanorum Imperatorem electum coronaffet in Regem, & fidelitatis ei præſtitiffet iuramentum, apud nos multipliciter inſtitit, vt eidem Regi fauorem Apoſtolicum impendentes, ratum, quod ipſe fecerat haberemus. Cumque multiplicatis interceſſionibus obtinuiffet à Nobis vt in honorem ipſius Eccleſiæ Colonienſis, Regi deferremus honorem: cœpit in eiufdem deuotione tepeſcere, ac manum ſuam ab aratro retrahens, occaſiones friuolas inuenire, ne quod plantauerat, irrigaret, quatenus cito areſceret planta eius cum ſolicitudinem ſubtraheret manus Plantatoris. Verum quia neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus, inualuit nihilominus per Gratiā Dei nouus palmes & cum extenderet iam ramos ſuos & pullularet, vidit Plantator inuidus & inuidit, & non potuit diutius occultare virus ſuum, quia nequam mentem iniqua operatio reuelauit, & arbor agnita eſt in fructu. Commonitus igitur & conuentus iterum præſtitit iuramentum, quod eundem Regem nunquam defereret, nec in partem alteram declinaret, ſed iuramentum ſtabilire non potuit mentem illam, quæ innatæ leuitatis vitio fluctuabat. Nos autem ſicut non de facili crederemus quod vir tanta præditus dignitate ſic eſſet aduerſarius ſibiipſi, vt quod fecerat, intenderet annullare, ne quid tamen ſolicitudini Noſtræ deeſſet, ad conſtantiam eum excitare volentes, & monitis & minis inſtitimus apud ipſum, & ſub quanta potuimus ei diſtinctione præcepimus vt eidem Regi aſſiſteret, & ad promotionem eius efficaciter adſpiraret, cauens ſolicite, ne maledictionem pro benedictione acciperet, ſi illuſiſſe Nobis tam turpiter probaretur. Ipſe vero non attendens quod ſicut obedientia victimis antefertur, ſic inobedientia idololatriæ comparatur: lora dirumpens in vitum inobedientiæ incidit, & contra præceptum Noſtrum & proprium iuramentum corruptus pecunia, ſicut fertur, Dominum ſuum temerarius prodidit, & conuerſus in arcum peruerſum, Nobili viro Philippo Duci Sueuiæ, contra eum imprudenter adhæſit, & ne quid præſumptioni eius deeſſet & ne culpa eius aliquo velamine poſſet palliari, nuper Aquilgrani vbi præſatum Regem ſolemniter coronauerat, memoratum Ducem publicè coronauit. Quamuis excommunicationis ſententiam incur-

incurriſſet, quam in Eccleſia Diui Petri Coloniae coram multitudine
A copioſa ipſo præſente ac gerente ſtolam ſacerdotalem in collo & can-
 delam in manu accenſam teneret, frater noſter G. Rhemenſis Archie-
 piſcopus nunc Epicoſopus Prænſtinus Apoſtolice ſedis Legatus pro-
 mulgauit in eos, qui à Præſato Rege diſcederent, & parti alteri adhære-
 rent. Vt igitur Coloniaeſes, qui noluerunt in malo caput languidum i-
 mitari, ſed in eiufdem Regis fidelitate perſiterunt firmius, & perſiſtunt
 expurgato fermento veteri; quod voluit totam maſſam corrumpere,
 ſint noua conſperſio, ſicut ſunt azymi nihil corruptionis habentes,
B cum iuxta Canonicas ſanctiones accusatione non egeant manifeſta,
 vnde nos eius exemplo, qui abſens corpore, præſens autem ſpiritu Co-
 rinthium damnarat abſentem, potuiſſemus in eum ſententiam pro-
 mulgare, ad maiorem tamen cautelam conſilio Fratrum noſtrorum, &
 tam Epicoſporum, quam Prælatorum plurium, Diſcretioni veſtræ per
 Apoſtolica ſcripta mandamus diſtrictè præcipientes, quatenus, eum a-
 pud Vos ſint iſta luce clariùs manifeſtâ, dictum Archiepiſcopum, pul-
 ſiſtis campanis & accenſis candelis, ſingulis Dominicis diebus & feſti-
 uis excommunicatum publicè nunciatis, & faciatis per omnes Eccle-
C ſias Coloniaeſes, & vicinas diœceſes, ſub ſolemmitate ſimili nunciari,
 ſuffraganeos & omnes vaſallos Coloniaeſis Eccleſiæ tam Clericos,
 quam Laicos abſolutos ab eius obedientia nunciantes. Quia vero, ſi
 tantum ſcelus maneret inultum quiuis de cætero poſſet impune ino-
 bedientiæ vitium, periurij crimen, & proditionis facinus perpetrare,
 ſub eadem vobis diſtrictione præcipimus, quatenus cum hæc nulla
 poſſint, apud vos tergiuerſatione celari, ve ſeum, auctoritate Noſtra
 ſuffulti, Pontificali officio, ſublato cuiuſlibet contradictionis & appel-
 lationis obſtaculo remoto deponatis, niſi forſan infra menſem poſt fa-
 ctam à vobis denunciationem, ad ſedem Apoſtolicam acceſſerit iudi-
D candus, his, ad quos ius electionis noueritis pertinere, Apoſtolica au-
 thoritate iniungentes, vt perſonam idoneam, quæ tanto congruat o-
 neri & honori, ſibi eligant in Paſtorem. Quod ſi electionem contigerit
 aliqua forte, quod abſit, conditione differri, ne bona Eccleſiæ Colo-
 niæſis poſſint interim deperire, alicui perſonæ honeſtæ & prouidæ ac
 potenti committatis adminiſtrationem ipſius. Quia vero eiufdem Ec-
 cleſiæ tanto amplius zelamus honorem, quanto clerum & populum
 eius deuotiores & firmiores ſumus experti, ne vnitatem eius aliqua
 ſciſſura corrumpat: ſi forſan hi, ad quos ſpectat Electio, non potuerint

Laus Co-
lonienſiū.Conſtãtia
Colonien-
ſium.

conuenire, præcipiatis eisdem, vt in aliquos viros idoneos conferant vota sua, ad sedem Apostolicam accedentes cum consilio Nostro, qui ad eorum concordiam faciente Domino dabimus operam efficacem, vt personam idoneam sibi eligant in Prælarum. &c.

Adolphus
Philippum
contra Co-
lonienses
solicitat.

Sed reuertamur ad Adolphum. Quid ille ad hæc? Agebat Spiræ Philippus: Itaque Spiram confluere, de Coloniensibus querelas deponere, auxilia petere, Sueuum contra Colonienses incitare; verum Legati, qui hucusque pœnitentem nequidquam præstolabantur, (vt ex P. Serratio retuli) tertio

Adolphus
priuatur.

decimo Kalendas Iulias die BB. Geruasio & Protasio sacra, per sententiam Archiepiscopa-

Bruno Sei-
nensis eli-
gitur Co-
loniensem
Archiepi-
scopum.

tum Adolpho contumaci abrogarunt, Canonicis potestate noui Antistitis eligendi facta. Electus est Bruno è Nobilissima Comitum Seimensium familia Præpositus Bonnensis. Hinc maior, quàm vnquam antea vastitatis, præcipuè in Dicecesi Coloniensi seges: Quotquot enim à Philippo faciebant, vbiq; rem ferro flammaque gerebant, itinera ad ipsam Agrippinensem ciuitatem ita insidebant, vt obsidione videretur cincta.

Coloniensium
afflictio.

Adolphus quoque Montensis comes, Frater Germanus SANCTI NOSTRI & exauctorati Archiepiscopi Patruelis, è Tuitiensi castro grauitèr Colonienses affligebat. Prænuatius horum malorum vates fuisse Simon quidam monachus perhibetur à Cæsario *lib. 2. dialog. cap. 31.* quem studiosus lector reuoluat.



Eodem

A Eodem anno post ferias Natiuitati D. Virginis consecratis Philippus Mosellam transijt, i-



Philippus Rex Nouesium capit & Adolpho Archiepiscopo restituit.

B p̄saque die B. Michaeli Archangelo dedicata Coloniam obsedit, ac quinque sequentibus diebus maximis ruit impetibus sed inaniter, in ciuitatem. Tandem Nouesienses adortus ciuitati eorum captæ Adolphum restituit.

Innocentius pro Clero Coloniensi dat priuilegia.

Decurrente hoc anno Innocentius tertius immunitatem Clero Coloniensi datam tabulis decimo Kalend. Ianuarij fixis stabiliiuit, passim enim ea violabatur.

1206.

C Anno millesimo ducentesimo sexto à nato Christo, à nostri vero sancti ætate, 21. Philippus in partes inferiores nouum traduxit exercitum, In cuius occursum effudere sese Colonia Agrippina, Otto Rex & Bruno (quem Sifridus Moguntinus adiuentibus duobus Episcopis Anglis, in Archie-

D p̄scopum eodem, quo hæc gesta sūt, mense cōsecratur) quater mille equitum & duobus milibus peditum instructi, cum hoste cōsisturi. Cōfixere, sed intecelicer; Apud castrum enim Walsenbergense partim fugati, partim



Infelix prælium Ottonis.

cæli,

Bruno Archiepiscopus capitur à Philippo Rege.

Sifridus de Eppenstein Cardinalis Moguntin⁹.

* *Cesar. lib. dial. 2. c. 9.*

caesi, partim in palustria loca compulsi prædæ cesserunt; ipse met Archiepiscopus Bruno captus, Philippo traditus est, qui ipsum manicis ferreis vinctum abduxit, & ut ait Mutius lib. 19. *Chron.* in vinculis duriter detinuit perpetuum annum: Otto vero per medios hostes multis eorum occisis erupit; vix tamen sui comitatus dimidia pars euasit. Alij enim à Philippo ipsum persequente capti sunt, alij occisi. Godefridus ait, Regem Ottonem cum Episcopo castrum Wassenberg ingressum, ex quo circumcinctus Rex cum tribus socijs clam euaserit; Episcopus verò in ipso sit captus. Sifridus Archiepiscopus Moguntinus capto Brunone clam se Colonia proripuit Romam, ad Ecclesiam S. Sabinae, cuius tituli Cardinalis erat ibique per biennium substitit, donec Philippo extincto, auctoritate Apostolicâ eiecto * Lupoldo Moguntiam rediret. Non defuere post hæc Magnates, qui schismatis sopiendi studio, eò rem deduxerunt, ut Philippus & Otto haud procul Colonia (de loco colloquij altum silentium) authore Henrico de Kalenthin conuenirent. A mistis vtrimque sermonibus, reliquo, quo Sueuus superstes fuit, biennio, prior desæuijt crudelitas; pax tamen haud confirmata. Otto dein dum ijs locis, quæ ipsi adhuc parebant, hostile minus n̄ etueret, & in Brunouicensibus omnia ordinasset, in Angliam ad Auunculum Regem (natus enim erat Otto è Mechthilde Henrici



Arici II. filia, Richardi Primi & Ioannis Angliæ Regum sorore) nauigauit, vbi magno cum honore susceptus, aliquamdiu detentus est. Interea ciuitas Coloniensis gratiam Philippi Bodobrigæ commorantis supplex, deprecatione Brabantis redemit & fidelitatis iuramentū Spirensi Episcopo eo nomine Coloniā ablegato dixit. Refert hæc ita Mutius *li. 19. Chron.* Philippo.

Colonienses vbi extra mœnia nusquam essent tuti, omnibus ferè redactis in potestatem Philippi &c. misisse ad Ducem Brabantiae, vt eius consilio & operâ reconciliarentur Philippo Imperatori, quibus Dux Brabantiae suam operam fuerat pollicitus. Venisse ergo legatos Coloniensium ad Imperatorem Philippum Botpardiam petiit, vt condonet tot eorum delicta, offerentes Adolpho omnia, quæ habuerat vnquam Episcopus in vrbe iura, Cæsari item Philippo facturos plura, quàm ipse vel suo vel imperij nomine vnquam postulaturus esset, pollicentes, Philippum recepisse eos in gratiam, nihil pœnæ grauioris propter rebellionem i his imposito. Quare cum Legatis Coloniensium misisse quoque suos Philippum, qui

Coloniensibus ciuibus pacis condiciones exposuerint, quas vbi viderant non modo æquissimas, sed etiam mirè faciles; gratias egisse Philippo, & quæcunque postularat iurasse prompto animo. A Philippo igitur in dignitatem Archiepiscopi, reclamante Pontifice Romano, restitutum Adolphum, & quæcunque ad Ecclesiam pertinebant reddita, quædam alia armis capta Ecclesiæ illi donata:] Hactenus ille

Adolphus igitur & Bruno exuti Episcopatu Coloniensi hic iniuriâ, ille etiam iure, comparatè in corporis atque ani-



Brabantiae
Dux.

Bruno &
Adolphus
Colonienses
Archiepiscopi.

mi fordescebant vinculis. Interim Ecclesiæ Coloniensis nauicula suo destituta gubernatore, incertis, quod ad spiritua-^A lia, fluctibus ferebatur, adeo vt *Cæsarius lib. 7. dial. c. 40.* scribat isto tempore nullos Coloniæ sacris initiatos fuisse.

1207.

Sintzich.

Philippus
Rex Colo-
niæ.Adolphus
excommu-
nicatione
& Bruno
Archiepi-
scopus vin-
culis libe-
rantur.*Crantz. 7.**Saxon. 26.*

1208.

Pax inter
Philippum
& Ottonē
Reges,

Nec subsequens annus Christi millesimus ducentesimus septimus huic malo remedium attulit. Nam Philippus quidem in Sinzingensi Imperij oppido supra Regiomagum ad Rhenum sito comitia celebravit, precibusque inuitatus Coloniensium in peruigilio Paschatis Agrippinam venit, no-^B uem ibi dies commoratus, immodicas vectigalium exactio- nes sustulit, iniustā monetā interdixit, & nuper datam Coloniensibus pacem constabiliuit ac iurari præcepit: Verum in negotio Brunonis aut Adolphi nihil est actum, donec anno decurrente circa ferias Sancto Andreæ dicatas, Augustæ Vindelicorum, Adolphus interuentu Philippi per Hugonem Hostiensem & Leonem S. Crucis Cardinales, sedis A-^C postolicæ Legatos ab Excommunicatione, & Bruno eorundem Legatorum intercessione per Philippum carcere exsolu-^C luti, ac Romam ad cognoscendam de se Pontificis voluntatem ablegati sunt. Cardinales verò missi erant ad pacem firmandam inter Philippum & Ottonem ex Anglia reuersum, neque hoc eorum studium infeliciter cessit. Vnde etiam anno insequente, qui fuit Christi Millesimus ducentesimus octauus, **NOSTRI ENGELBERTI** nati vigesimus tertius, Patriarcha Aquileiensis accepta simul alia honorifica legatio ^D ne Romam ad Pontificem à Philippo pro confirmatione (vt inquit Godefridus) fœderis & compositionis, quæ per Cardinales inchoata fuerat, pro consecratione Imperiali, & restitutione Domini Adolphi, mittitur; Apostolicus autem ipsum Adolphum ad se cum Legatis Regis supplicem venientem in osculo pacis suscepit, sed tamen quod circa Brunonem fecerat, ratum esse volens, cum per biduum coram eo, ab utrisque satis allegatum fuisset, ipsum Brunonem in Episcopatu confirmavit, literas suas Coloniæ ad Clerum & Populum &

ad

A ad quosque nobiles terræ istius transmittens, omnes ad eius fauorem & obedientiam sollicitauit. Formam etiam pacis & compositionis pro qua præfati Legati aduenerant, cum suis consecratis approbans rursus ad prædictos Cardinales remisit, & ut ad unguem ipsum negotium perducerent impetrauit. Quibus alpiibus transcensis cum ad exequendum mandatum ipsius in Teutoniam peruenissent, rumor pessimus percrebuit, Scilicet Philippum Regem à Palatino comite Wittelinsbach Ottonem apud Bauinberg peremptum.] Hæc ille,

Qui & author est eadem Philippi in diem S. Albano sacrum incidisse.

B Eodem anno Bruno Colonienfis ad suos redux, susceptus est cum festiua Colonienfis & Cleri & Populi gaudio, tertio Nonas Septembris, qui dies SS. Proto & Hyacintho consecratus est, terrore aduentus eius ipsa Prouincia omni prædonum incurfu purgata est.

Sed & Adolphus Pontifici morem gerens, Brunoni se submitit, Adolphique complices, Comites ac Nobiles certatim (ait idem auctor) ad eum venientes fidelitatis iuramentum præstiterunt.

C Ea porro quietis iam sese duntaxat ostendentis facies mox immutata fuit. Bruno enim aduersa, qua antea conflictatus fuerat, fortuna, & grauissimis itinere molestijs fractus, in Castro Blanckenbergenfi morbo corripitur, lecto affixus vix post integras à reditu suo octo hebdomadas, ipso die fidelium animarum commemorationi destinato, ex hac vita demigravit,

D corpus eius Coloniam deportatum, non sine piorum planctu in Ecclesia Metropolitana conditum. Itaque Archidioccesim Coloniensem, quæ iam caput non nihil erigere cœperat, nouus casus affluxit, omnia in peius hac occasione ruisissent, nisi & Ottoni ab amulo olim suo li-



Blanckenberg.



Bruno Archiepisc. moritur.

Sententia Apostolica pro Bruno ne Archiepiscopo Coloniensi.


Philippus Rex occisus.

Bruno Colonienfis Archiepiscopus sedi suæ restituitur.

berato, circa ferias Sancto Martino consecratis apud Fran-
 cofuttenses à celeberrimo Electorum conuentu summus i-
 terum honoris gradus delatus, & viduatæ Ecclesiæ de nouo
 Præsule, quum primum commode id fieri potuit, prouisum
 fuisset. Non enim eorum omnium, penes quos erat in locum
 defuncti Archiepiscopi alterius creandi potestas, in primo
 congressu suffragiorum conspiratio erat, sed anno demum
 exeunte circa natalem Domini, (quo Rex Otto Colonien-
 sibus prius literis aduentum ipsius præstolari iussis Coloniam
 tenuit) ipso suadente Theodoricus Collegii SS. Apostolo-
 rum Præpositus, Brunoni successor designatus est. Fuit
 Theodoricus è familia Heinsbergensium Regulorum.

successor
 designatur

Theodori-
 cus de
 Hinsberg
 Archiep.
 Coloniensis



Hic mox post electionē Regalibus ab Ottone donatus, ab
 eodē & iuris in Ducatus Westphaliæ atque Angariæ confir-
 mationem obtinuit, idque præsentibus Henrico formoso
 Brunouicensi Palatino & Rheni comite, ac Wilhelmo (à
 quo nostræ ætatis Brunouicenses ac Lunenburgenses Prin-
 cipes descendunt) Fratribus Ottonis Regis. Verum de Ele-
 ctione Theodorici audire lubet Cæsarium qui *lib. dial. 7. c. 41.*

Mortuo,

A Mortuo, inquit. Brunone, & post occisionem Philippi, Ottone iam in Regno confirmato, de successore in Ecclesia Coloniensi satis tractabatur; Hermannus Decanus Bonnensis, qui vir est valde literatus, cum DEVM EIUSQVE GENETRICEM, sicut ipse mihi retulit, toto cordis affectu deprecaretur, quatenus tantæ Ecclesiæ dignus præficeretur, noctu in visu eadem VIRGO BEATA ei apparens, & librum aureis literis scriptum porrigens, ait: Defer librum istum Episcopo. Nihil aliud in libro continebatur, nisi Angelicæ salutationes, id est, AVE MARIA GRATIA PLENA, per librum intellexit Episcopatum, quem cum ferre vellet Ioanni Episcopo Cameracensi, eo quod tam Rex, quam ipsi illi

B fauerent, probitatem illius cognoscentes, reuocauit eum BEATA VIRGO, dicens: Non Ioanni, sed Theodorico SS. Apostolorum Præposito deferas illum, quod si in Episcopatu non se bene habuerit, sicut per me illum adeptus est, ita per me illo priuabitur. Semper in eius obsequio idem Theodericus deuotus fuerat, & sicut mihi notum est, quotidie missæ eius quotidianæ vult interesse, nummum offerens singulis diebus. Tempore Electionis, cum Rex pro Episcopo Cameracensi intercederet, eique ab Electoribus responderetur, quod idioma terræ ignoraret, cessauit. Hoc ipsum prædixerat præfatus Hermannus. Tunc

C Electores, personis quatuor *suffragia* sua commiserunt, à quibus Theodericus in Antistitem electus: qui post dies paucos, à malis consiliarijs in tantum deprauatus est, vt modicam haberet differentiam inter personas Laicas & Ecclesiasticas, inter rusticos & Monachos. æquè ab his, vt ab alijs telonia recipiens, indebitis exactionibus vtrosque grauens. His alijsque actibus malis DEI GENETRIX irritata, egit, sicut ex superiori visione colligitur, vt indignè satis à Moguntino deponeretur Episcopo, æmulo eius per electionem substituto.

B. M. V.
Episcopatum
Coloniensem
confert &
aufert.

Peccata
Theoderici
Archiepiscopi.

Hactenus Cæsarius, qui per æmulum Theoderici SANCTVM NOSTRVM indigitat, cui quondam controuersia ob Præposituram Metropolitanam intercesserat cum Theodorico. *Vide supra pag. 24. litera A.*

Petrus à Streithagen Canonicus Heinspergensis in sua *Montis Caballini gloria, Odâ tertia*, euectionem Theoderici ad Archiepiscopatum & reliquam eius vitam his exhibet versibus:

Alter nunc redeat lucis in orbitam,
 A densis è tenebris Mysta Colonia,
 Quis longi spatio temporis obrutus,
 Vix vltra patriæ commemorat suæ.
 Nam quid non liceat falcigero patri,
 Texenti innumeris sæcula sæculis?
 Lethæo penitus gurgite proluit,
 Humani generis facta potentia.
 Hic ergo placidis moribus inclytus,
 Et casto iuuenum præpositus choro,

NB. De
 cultu Dei-
 paræ.

*Non tam per Procerum consona symbola,
 Quam leto auspicio matris olympicæ,
 Mitra promeruit cingere verticem.
 Quod namque assidua percoleret prece
 Patronam, obsequiis illius additus,
 Mercedis retulit nobile premium.*



At vero facinus temporis obstitit
 Fausto principio, cunctaque turbine
 Conuoluit nimium, prô, lachrymabili.
 Qualis Phosphorei lumina sideris,
 Nitentis radijs versicoloribus,
 Extemplo tenebras mutat in horridas,
 Tempestas gelidis foeta Aquilonibus.
 Riuales aquilæ bella per aspera,
 Quassabant miseri tunc decus Imperi,

Et

- A** Et cura Themidos seposita procul,
 Ibant arbitrio sanguinæ Deæ.
 Hinc dum consilijs tristibus obsequens,
 Ottonis retinet fata ruentia,
 Tactus Romulei est fulmine Præfulis,
 Diro Romulei fulmine Præfulis.
- B** Quin summo pariter motus ab ordine,
 Et iussus bifidam ponere causiam,
 Priuatis senuit dein penetrabilibus.
 Nemo promoueat fœdera turbida,
 Constans in socios illicita fide,
 Cum contra sacra sunt, iuraque cœlitum,
- C** Hic mandat pietas figere terminum.

Ita Streithagenus de Theoderico.)

Porro Theodericus vetera amicitia fœdera cum Braban- Testes re-
 to mox renouauit, præsentibus NOSTRO ENGELBERTO nouati fœ-
 PRÆPOSITO MAIORE, Conrado Maiore Decano, Theo- deris Bra-
 derico Præposito S. Geronis, & M. Oliuero Maioris Ecce- bantici.
 siæ Scholastico, Gerhardo Geldriensi, Theoderico Cliuen-
 si, Guilielmo Iuliacensi, Henrico Seynensi, Adolpho Mon-
 tensi, Georgio Wedano & Henrico Kesselenfi comitibus,
 Rutgero de Merheim, Ottone de Wickrode, Walramo &
 Henrico Fratribus, Ministerialibus etiam S. Petri, Herman-
 no Aduocato, Godefrido Camerario, Theoderico de Kof-
 laer, Francone Pincerna, Wilhelmo Schilling, ciuibus Colo-
 niensibus Gerardo Saphyro, Ioanne de Lintgasse, Apollo-
 nio Kleingedanck, Engebrando de S. Columba, Richolfo
 Perfuso, Hermanno Grein, alijsque pluribus. Anno

1209.

Otto in Italia venit & orbem totum turbat.

Anno millesimo ducentesimo nono, Theodericus Coloniensis Sabbatho post Pentecosten à Theoderico Traiectensi Episcopo factis initiatur, & sequenti Dominica, id est, Octaua Pentecostes à Goardo Leodiensi Antistite presentibus suffraganeis suis in Episcopum consecratur. *Hac Panthaleonita.* Sed eius nominis Episcopum non reperio fuisse in sede Leodiensi, quam id, temporis possidebat Hugo Petrapontius factus tandem Archiepiscopus Rhemensis. Circa hæc tempora Rex Otto magno cum apparatu Italiam ingressus tertio Nonas Octobris, die Dominica post Diui Michaelis *vti Godefridus, vel vt Sigonius,* V. Idus eiusdem mensis ante ferias S. Michaelis Imperator est consecratus: consecrationem ipso, quo facta erat die, Innocentium inter Romanosque, ac Ottonem Germanosque discensio Italiae Germaniaeque, quin Ottoni ipsi, & Theoderico Nostro, ac dicecisi Coloniensi pene fatalis insecuta est. Romani siquidem ob quasdam expensas ab Ottone exactas, & iniurias à Germanis sibi irrogatas, *vt scribit Belouac, spec. histor. lib. 29. cap. 106.* manus cum illis conseruere; quo in conflictu quamplurimi Germanorum trucidati

Quia Otto sua in Italiam profectione atque expeditione dissidium excitauit, quod S. nostro ENGELBERTO Coloniensis mitra obtinenda occasionem præbuit, lubet hic de eius calamitosissima controuersia inijtis quasdam afferre auctorum discrepantium sententias. PRIMO appendix Frisingensis de S. Blas. cap. 52. negare videtur Pontificis Imperatorisq; animos à se diuulsos. Refert enim Imperatorem honorificè à Pontifice susceptum, ac dicto sacramento, laureaq; obtenta laetum ab vrbe in Hetruriam recessisse. Secundo Bzouius ex Carolo Sigonio narrat: Roma prius egressum Imperatorem, quam contra Pontificem insurrexerit occupando opida iuris Ecclesie Romanae, atq; infestando Fridericum Siciliae Regem, quasi moliretur ipsum imperio exigere ac pacem imperij perturbare. Obtinebat autem Fridericus Regnum Siciliae ac patrimonium S. Petri à sede Apostolica, cui interuentu Gregorij VII. idolim dono reliquerat Mechtildis Henrici Imperatoris Neptis, ac Godefridi primum, deinde Actij seu Azonis

nem ipso, quo facta erat die, Innocentium inter Romanosque, ac Ottonem Germanosque discensio Italiae Germaniaeque, quin Ottoni ipsi, & Theoderico Nostro, ac dicecisi Coloniensi pene fatalis insecuta est. Romani siquidem ob quasdam expensas ab Ottone exactas, & iniurias à Germanis sibi irrogatas, *vt scribit Belouac, spec. histor. lib. 29. cap. 106.* manus cum illis conseruere; quo in conflictu quamplurimi Germanorum trucidati

A cidati sunt, sed & vn
 decies centeni, quod
 postmodum questus
 est Imperator, equi
 desiderati: Accessit
 (quod & caput fuit
 rei) Imperatoris à so-
 lemni, quod præstite-
 rat iureiurando de
 B Regno Siciliæ & pa-
 trimonio S. Petri non
 infestando sed potius
 defendēdo, discessio.
 Nam vrbe egressus,
 posthabita iuramen-
 ti religione, primum
 C patrimonium S. Pe-
 tri, dein & Apuliam
 hostili incurfu mole-
 stare, arcesque & op-
 pida sibi subijcere, eos
 qui Romam religio-
 nis aliāve de causa i-
 tarent, capere, aut
 spoliare, nequicquam
 D prohibente & censu-
 ras Ecclesiasticas in
 iutiæ vindices com-
 minante Pontifice. Et iure merito Pontifex vindictam hanc
 irrogauit Imperatori, quia hic conditiones pactionesque de
 regno Siciliæ duplici perturbat periurio. Nam præter me-
 moratum iuramentum sub ipso consecrationis actu in Vrbe

zonis Estensis vxor, filia Rutgeri Principis Sicilia, que
 obiit Anno Christi 1115. Bzouius Godefridus
 Panthaleonita ad annū C. 1209. TERTIO frag-
 mentum historicum M. Alberti Argentinensis Chro-
 nico in manuscriptis codicibus præfixum meam hic al-
 latam opinionem de iuramento rupto confirmat, sed vi-
 detur innuere. Nihil in ipsa vrbe simultatum fuisse in-
 ter ipsos exortum, cum ijs anno sequenti initia dedisse
 referat periurium Casareum. QUARTO H. Mutini
 lib. 19. astruit quidem in ipsa vrbe natas controuersias,
 non ex rupto, sed detrectato sacramento: Innocentius,
 inquit, postulat ab Ottone iuramentum de patrimo-
 nio S. Petri defendendo, & sanctæ Ecclesiæ obedi-
 entiam præstando. Ottone hesitanti, neque tam prompto
 ut Romani sperabant; improbius autem Romanis exi-
 gentibus, oritur tumultus, ad arma concurritur inter
 muros angustia impediēbant Germanos, ex tectis &
 altioribus adificiorum tabulatis euoluuntur in Casaria-
 nos lapides, multi primæ nobilitatis, & familiarissimi
 quique occumbunt, multi grauius vulnerantur Otto
 cum Romanis ex postulat, & petijt ab eis resarciri
 damna. Hæc authores citati, sed quia pluriū & gra-
 uium virorum sententiā dissidium à Casare ex vio-
 lato iuramento, intra vrbis cepit mœnia, eorum sum-
 secutus auctoritatem. Et sanè mihi persuasum habeo:
 Innocentij constantis ac Sancti viri animū, non nisi
 grauisimam laceffitum iniurijs ab Ottone, cui semper
 studuerat, fuisse abalienatum.

A fede A-
 postolica
 Otto rece-
 dit.

G

inter-

Otto ex-
cōmuni-
satur.

1210.

In dicto frag-
mento habe-
tur An. 1211.
mandate Pa-
pa per totam
Alemanniā
promulgari
cepit sentētia
excommuni-
cationis lata
in Ottonem.
Fridericus
Ottoni
surrogāsus

Cupido
dominādi
ad difficul-
tates ho-
minē tra-
hit.

1211.

interpositum, aliud, antequam in Italiam cogitaret, Nouesij Anno 1201. VI. Idus Iunij dixerat. Papa ergo telis Ecclesiasti-
cis contumacem confixit, subditos iuramento absoluit, sub anathematis: *vt refert Bellouacensis dicto loco*, interminatione prohibens; ne quis eum Imperatorem haberet, aut nominaret: Sic recesserunt ab eo Landgravius Thuringiæ, & Archiepiscopus Moguntinus, ac Treuirensis, Dux Austriæ, & Rex Bohemiæ, multique alij cum sæculares, tum Ecclesiastica personæ. Contigerunt hæc Anno 1210. à nato Christo, ætatis S. ENGELBERTI 25. Hinc nonnulli Germaniæ Proce-
res cum iam memoratis, Francofurti ipsis Idibus Nouembris conuenere, Imperium Friderico Siculo Adolescenti annos decem & septem nato (quem Pater Henricus Sextus Imperator, ante hac in cunis adhuc vagientem Regem Romanorum renunciarat) detulere; eoque nomine Nobilem virum Henricum de Nifen & Anselmum ab Instingen virum ingenuum, adsignatis quindecies centenis marcis expensarum loco ex redivibus Imperij persoluendis, Romam inde in Siciliam ablegauere; quorum ille Veronæ vt Longobardorum animos Siculo conciliaret, substitit; Hic reliquum iter emensus, mandata tandem, licet ægrè, perfecit. Constantia enim Arragonia quæ Emmerico Hungariæ Regi prius nupta fuerat, omnibus modis animum Regis auertere studebat, ne Imperij Germanici fasces oblatos admitteret; tum quod marito Iuueni timeret, tum quod domestica, absente Rege, in Sicilia metueret dissidia; Verum euicit imperandi Cupido, quin & ratio: Nam vxor susceptâ prole Henrico, quem S. ENGELBERTVS postmodum Aquisgrani coronauit, nihil à suspicato periculo, si domi tantummodo prolem retineret, metuendum arbitratur.

Anno huius sæculi vndecimo, S. ENGELBERTI 26. alius Babenbergi habitus est conuentus, de sufficiendo in locum
Otto-

A Ottonis Friderico Siculo. Procurarat id Sifridus Moguntinus S. Sedis Apostolicæ Legatus, qui & ibidem Imperatorem ab Innocentio Pontifice anathematis vinculis nexum, & Imperio excidisse, denunciauit: vtque idem suo exemplo à reliquis Ecclesiarum Antistibus fieret, auctoritate Apostolica missis vndique literis, mandauit.

Moguntinus Cardinalis.

Idem annus celebris est multorum diuersæ conditionis atque dignitatis expeditione contra Albigenses, in quos iuerunt Lupoldus Dux Austriæ, ADOLPHVS COMES DE MONTE FRATER GERMANVS SANCTI NOSTRI, Wilhelmus comes Iuliacensis, cuius Wilhelmi degenerem vitam & in foeliciorē mortem: *Cæsarius lib. dial. 12. cap. 5.* describit & commemorat: Deum misericordem, vt Wilhelmum à peccatis reuocaret, aliquando gloriæ suæ aliquid ostendisse:

Cæsar. lib. 5. dial. cap. 21.

C melodiam eum tertio audire permitteret, quam tamen musicā NOSTER ENGELBERTVS tunc maioris Præpositus percipere non potuit. Hunc autem Wilhelmum comitem, existimo Patrem fuisse alterius Wilhelmi, quem literæ de Anno D 1237. Iuliacensem & nemoris comitem appellant.

S. Engelbertus cælestē musicam non audit.



Wilhelmus comes Iuliacensis.

Anno Domini Millefimo ducentesimo duodecimo, ætatis S. ENGELBERTI vigesimo

G 2 septi.

1212.

S. Engelbertus excommunicatum Imperatorem deserit. septimo, Otto Apostolicum Pontificis sentiens fulmen, & pertimescens ne maior à se fieret Principum discessio (reliquerant enim Ottonem præter alios complures supra nominatos Principes, etiam S. ENGELBERTVS ET FRATER EIVS ADOLPHVS) Nurenbergam Imperij primates euocat, causasque belli Italici Præsentibus exponit. A

Theodoricus Coloniensis Ottoni inhærens excommunicatur. Ottoni iam piorum cœtu & Imperio per sententiam Pontificis moto, impensius Theodericus Coloniensis adhærebat. Quare Moguntinus ipsum disciplinæ Ecclesiasticæ gladio cæcidit. Theodericus anathemate percussus, contempta spiritualis Dignitatis potestate, sacris operabatur & chrisma conficiebat, vnde Archiepiscopali sede, Sifridi in cœna Domini COLONIAM venientis decreto, deicitur. Hinc Adolpho olim exauctorato nouus animus, qui *ut inquit Godesfridus*, eodem anno in Vigilia ascensionis Domini, Coloniã rediens Prioribus & Clero, se à Papa inuestitum & Theodericum officio & beneficio deiectum affirmabat: Clerum etiam sibi obedire Apostolica auctoritate præcepit. Theodericus vero Archiepiscopus cernens se à Clero derelictum ad exhibendam satisfactionem Romam progreditur, vbi per longum tempus demoratur. B

Adolphus sedē Coloniensem repetit. *Hæc Panthaleonita.* Imperator interea in Germanos nonnullos sui desertores Seuerius quiddam statuendum ratus, in Thuringiæ Landgrauium mouet, illiusque ditiones ferro igneque vastat. At Fridericus Ottonis æmulus è Sicilia excitatus ac Romam profectus à Papa cum honore suscipitur & quorundam Principum auxilio Italiam transiens in Alemanniam venit; vbi à cunctis Principibus & Nobilibus superiorum partium cum gaudio fuit exceptus. Otto vero Imperator cum exercitu illi occurrere statuit: sed considerans suam partem infirmiore, dimisso exercitu occultè ad inferiores partes se transtulit. Fridericus Moguntiam reuersus in ferijs S. Andreæ Apostoli, C

Clerus Coloniensis obedit Sedi Apostolicæ. *Hæc Panthaleonita.* Imperator interea in Germanos nonnullos sui desertores Seuerius quiddam statuendum ratus, in Thuringiæ Landgrauium mouet, illiusque ditiones ferro igneque vastat. At Fridericus Ottonis æmulus è Sicilia excitatus ac Romam profectus à Papa cum honore suscipitur & quorundam Principum auxilio Italiam transiens in Alemanniam venit; vbi à cunctis Principibus & Nobilibus superiorum partium cum gaudio fuit exceptus. Otto vero Imperator cum exercitu illi occurrere statuit: sed considerans suam partem infirmiore, dimisso exercitu occultè ad inferiores partes se transtulit. Fridericus Moguntiam reuersus in ferijs S. Andreæ Apostoli, D

Friderici expeditio in Germaniam. *Hæc Panthaleonita.* Imperator interea in Germanos nonnullos sui desertores Seuerius quiddam statuendum ratus, in Thuringiæ Landgrauium mouet, illiusque ditiones ferro igneque vastat. At Fridericus Ottonis æmulus è Sicilia excitatus ac Romam profectus à Papa cum honore suscipitur & quorundam Principum auxilio Italiam transiens in Alemanniam venit; vbi à cunctis Principibus & Nobilibus superiorum partium cum gaudio fuit exceptus. Otto vero Imperator cum exercitu illi occurrere statuit: sed considerans suam partem infirmiore, dimisso exercitu occultè ad inferiores partes se transtulit. Fridericus Moguntiam reuersus in ferijs S. Andreæ Apostoli, D
cele-

A celebrem curiam habuit: vbi plurimi Principes ab eo fundis clientelaribus seu feudis inuestiti, vel vt loquitur Godefridus fidelitatis iuramentum præstiterunt:] Quæ expressius manuscripta Patris Serarij *historia Mogunt. in Sifrido Archiepiscopo recenset.* Fridericus, inueniens, de ciuitate in ciuitatem progrediens ab omnibus vt Rex suscipitur, & in breui tempore Romanum Imperium obtinuit, in festo deinde S. Andreæ Apostoli celebrem Principum curiam habuit Moguntia, præsentibus ibidem Treuirorum & Sifrido Moguntino Archiepiscopis, Herbipolensi, Argentinenſi, Constantienſi, & Basilienſi Episcopis, Rege Bohemæ, Palatino comite Rheni & Landgrauio Thuringiæ, vbi multi Principum Friderico fidelitatis præstiterunt:]

B Haëtenus Serrarius.

Annus millesimus ducentessimus decimus tertius à nato Salvatore, verum à SANCTO NOSTRO 28. Agrippinensibus nouum incommodum attulit. Venerat Otto Monasteriensium Antistites successor Cattimileboci, vt supra ad annum 1203. memini, Coloniam, vbi ab ijs, qui cura Imperatore faciebant, apprehensus, eo, quod & ipse Pontifici & Decreto Sifridi morem gessisset, Werdenam (Insula est Cæsaris infra Nouesium) captiuus abductus est. Quæ causa fuit, vt ciuitati Colonienſi sacris à Sifrido, verno eius anni tempore, quo Episcopus captus erat, interdiceretur.

1213.
Coloniam
capitur
Otto Mo-
nasterienſis
Episcopus

Colonien-
ſes sub in-
terdicto.

Anno millesimo ducentesimo quarto & decimo, Otto Imperator nouum suscipiens bellum cum Gallo, apud Boninas Godefridus habet iuxta Tornacum infeliciter conflixit. Qua fortuna ita vires eius attritæ fuerunt, vt nihil deinceps graue contra Fridericum Siculum attentare potuerit.

D Refertur Otto centum quinquaginta peditum millia in exercitu habuisse, nec paruam equitum manum, deuenit Imperatoris aquila cum Dracone in potestatem Galli. Ipse vero Imperator cum primoribus fuga sibi consuluit, abijtque vt ait, H. Mutius in Chron. German. lib. 19. sub finem, in Saxoniam, vbi desperatis omnibus rebus, mœrore animi confectus in-

1214.
OTTO-
NEM
DEVS
PVNIT
ADVER-
SO PRÆ-
LIO.

cidit in morbum corporis, obiitque paucis diebus magnis doloribus corporis & animi affectus. Cladem illam vltimam Otto accepit & mortuus est Anno 1214.] Ita Mutius verum in hoc fallitur. Mortuus est enim 1218. testibus *Bouio, Thoma Cantiprat. & Alberto Crantzio.* Hoc in prælio triginta maiorum ordinum Ductores, inter quos Ferdinandus Flander, Reginaldus Lotharingus, comes Salisburiensis & alij, capti Parisios sunt missi, & vinculis mancipati. Interim Colonienfes Ottoni pertinaciter adhererent. Colonienfes nullo aduerso casu à fide Ottonis desciuerunt, etsi alias grauissimè impeterentur: Tanta enim fuerat armorum etiam hoc anno de diœcesi contentio, vt æræ, epochæque loco, in ijs, quæ publicè conficiebantur instrumenta contractuum, bellum hoc notaretur. Vidi pacta conuenta inter Godefridum comitem Arnsbergensem, & Ecclesiam Graffschafstanam, queis comes Abbati & Monasterio Graffschafstano, decimas in Warstein dimittit, exceptâ syluâ arduâ quam nec ipsi nec alijs incidendam concessit. Tandem hoc modo concludebantur: *Acta sunt hæc in castro Arnsberg, Anno*

*Dominica Incarnationis M. CC. XIV. IX. Kalend. Decemb. Presidente sedi Apostolica Innocentio sub * cismate Romani Imperij durante V Verra Archiepiscopatus Colonienfis, sub testimonio virorum subscriptorum, Arnoldi Venerabilis Abbatis in V Vedinghausen, Godefridi sacerdotis eiusdem cœnobij confratris in Graffschaph, Henrici Decani de V Valmethe, Henrici Nobilis viri de Arnsberg, Rutgeri militis de Burgbenne, Luberti Platern, Hermannii de Elsepe Domino nostro Iesu Christo regnante & in secula seculorum Amen.*

Ad hunc annum, extat Beati Engelberti maioris & Sancti Georgij Præpositi dispositio quædam & traditio prouentuum ad officium thesaurarij S. Georgij, qua profitetur se ad honorem Dei, B. Georgij & Sanctorum omnium bona inibi nominata cõferre, sub sigilli * sui & B. Georgij munimine ac testimonio Vortle- ni Decani, Hermannii Scholastici, Ade sacerdotis & aliorum Canonico- rum

* Sigillum S. Engelberti vide sub arbore genealogica expressum.

Canonorum omnium, Henrici Canonici S. Petri, Rudolphi maioris....

A Ludovici de Lulstorff &c.

Colonienſium fides in Ottonem huc uſque continuata, nec etiamnum lapſu temporis vacillabat. Nam Anno 1215. S ANCTI NOSTRI triceſimo, dum Fridericus Andernaci Kalend. Maij comitia quædam celebraret, Imperator Otto ab omnibus dereliſtus, Coloniae adhuc commoratus eſt] ita Godefridus. Detinebatur hucusque Monasterienſis Præſul, in I NSVLA CÆSARIS, vinculis, nec ut exſolueretur, cuiuſquam precibus Otto fleſti poterat.

1215.

B Adolphus ergo comes Montium S ANCTI NOSTRI frater Inſulæ caſtrum obſedit, quod dum per plurimos dies impugnaret, & parū proficeret; tandem per foſſores cuniculis aētis ad ipſam turrim, propugnatores caſtri coegit, ut haſtis abiectis, caſtrum cū ipſo Epifcopo traderent, impetratā ab ipſo liberā cum om-



Adolphus Montenſis Werdenā capit.

Godefr.

D nibus ſuis diſcedendi facultate: Factum hoc eſt in peruigilio B. Iacobi Apoſtoli. Eodem etiam tempore Fridericus Rex Siciliae cum quibuſdam Principibus & Nobilibus totius Lotharingiae Aquisgranum profectus, ſequenti die, ſcilicet in ferijs S. Iacobi à Sifido Legato ſedis Apoſtolicæ, quod Colonia Archiepiſcopo deſtitueretur, in Regem un-

Fridericus Aquisgrani coronatur. Errat Franc. Guillimānus lib. 6. Hab-

culiſque

burgicorum
dicēs à Theo-
derico Colo-
niensi Fride-
ricum coro-
natum.

Friderici
progres-
sus prof-
peri.

1215.
Iões San-
ctēsis cruce
prædicat.



Fridericus
Rex vt ali-
quā Deo &
Ecclesia gra-
tiam referret
voto ad sacrā
se expeditio-
nē obligauit
Franc. Guill.
fridus & Mutius)

* *Cæsar. lib.*
dial. 9. c. 48.

culisque se obtulit vsque
dum filium suum obsidem
daret, atque alios, quos Rex
desideraret, de sua prouin-
cia. Quibus peractis Traic-
tum redijt. Ab ipsius exer-
citu, auxiliāte Leodiēsi Iulia-
cum transito Mosa in Nati-
uitate BEATISSIMÆ VIRGI-
NIS MARIE obsidetur &
deuastatur: quod hoc æpo-
ricum Friderici, historiamq;
Patriæ non parum illustrat;
Fridericus verò hosce sibi
debellandos putauit, quod
hi vnanimiter Ottoni fa-
uentes aduentum Frideri-
ci in Germaniam impedi-
re volebant. Ita fere AËgi-
dius aurea vallis Monachus in
Catal. Episcoporum Leod. in Hu-
gone Petrapontio.

Anno 1215. Innocentius Pontifex expeditionem in sanctam terram
tanto tempore à Paganis occupatam, suis missis tota Europa literis e-
uulgauit. Quem in finem Aquisgrani conuentu celebrato, dicente ibi-
dem de cruce, vt testis est Godefridus, ex præscripto Pontificis Ioanne San-
ctēsi scholastico, nomina sua dedere: Fridericus Imperator, Sifridus
Archiepiscopus Moguntinus, Hugo Leodiensis, Bambergæ, Parauia,
Argentina, Eichsterensis, Constantiensis, Augustensis Episcopi, Hen-
ricus Dux Brabantia, Dux Morauia, Dux Limburgi, Walramus
Dux Anccia, comes Palatinus Tubingæ, Marchio Badensis, Ludowig
Loffensis, Mutius habet Lohensis, Adolphus Montensis, frater SAN-
CTI NOSTRI, Iuliacensis, Seinenfis, Spanheimensis, de Nassaw, Fel-
dendensis, Hirsutus, Syluestris, Comites alique qui se (vt aiunt Gode-
fridus & Mutius) cruce signarunt.

Hoc eodem anno Panthaleonita Colonenses censura solutos nar-
dial. 9. c. 48. rat. Post hæc, inquiens, Treuitorum Archiepiscopus Coloniam ve-
riens,



Aniens, ciues ad concordiam & subiectionem Friderici Regis hortabatur, quod ubi cum Duce Brabantia elaborasset, in Octaua S. Panthaleonis sacrum in Ecclesia S. Petri celebrauit, Clerum & Populum à nōdo excommunicationis absoluit. Nam ciuitas per annum & quinque menses propter Imperatorem excommunicata, & sub interdīcto posita fuerat, & diuina in Ecclesijs officia omīssa. In ipsa etiam die Fridericus Rex ciuitatem ingressus, à ciuibus & Clero suscipitur, per septem dies ibidem demoratus. Hæc eadem confirmat & illustrat Diuæ

Fridericus
Rex Colo-
niæ.

Blib. 10. rerum Brabant. Anno, inquit, 1215. Theodericus Treuironum Archiepiscopus ac Henricus Dux noster Coloniam profecti (quæ etiamnum cum Theoderico Archiepiscopo suo Ottonem reuerbatur ut Imperatorem) ciues ad obedientiam Friderici reducere, interdīcto sacrorum, cui per annum & quinque menses obnoxij fuerant, solutos. Vbi quarto Augusti Imperator summo cum honore exceptus septiduo commoratus est. Addit Godefridus, ab Imperatore omnes præsentēs Nobiles cū superiorū, tū inferiorum partiū monitos, ijsq; imperatū, ut adulterinā monetā, iniustasq; vectigalium exactiones abrogarent, ac perpetuam pacem seruarent.

CIn miserando illo totius Imperii & Ecclesiæ Colonienſis schismate, variisque tumultuosis factionibus; Clerus primarius sedi Apostolicæ obsequentior, viros prudentes Romam ablegarat; ut, quid aut de exauctoratis utroque Adolpho & Theoderico Papa disponderet, aut de nouo præſule eligendo statueret, iussa capeſſerent. Theodericus, teste Godefrido, Romæ diu quidem honoribus ut restitueretur, institit; sed frustra. Nam Priores seu Canonicorum cœtus datis à Papa literis, alium eligere iussi sunt. Legatis Coloniam reuersis; Canonici altera die post Dominicam Inuocauit, id est, 22. Februarii in Feriis cathedræ S. Petri dicatis, in Metropolitana Ecclesia congregati, ENGELBERTVM maiorem Præpositum in Episcopum delegerunt. Cuilibet verò Episcopo exauctorato Adolpho videlicet & Theodorico, assignatæ sunt ex redditibus Episcopalibus alimentorū loco, trecetæ marcæ, ut vult


Reuerētia
Cleri Co-
lonienſis
erga San-
ctissimum.

S. Engel-
bertus eli-
gitur in Ar-
chiepisco-
pum.

Cæsar. vel ut Chron. Colon. & msc. Bravvilerensis, quadringentæ.

H.

S. ENGEL-



S. ENGELBERTVS
 COMES DE MONTE ET ALTE-
 nâ ex Archidiacono & Præposito Metro-
 politano Archiepiscopus Coloniensis S.R.
 Imperij Princeps Septemuir ac per Italiam^D
 Archicancellarius Westphaliæ & Anga-
 riæ Dux, electus Anno ^{1215.}_{1216.} die
 22. Februarij.

Differētia
 ararum in- **H**ic Lectorem monitum volo, *Godefridum*, dum scribit
 sub Annum 1215. SANCTVM ENGELBERTVM feria se-
 cunda

Acunda post Dominicam inuocauit Episcopum esse electum, sequutum fuisse in annorum computatione Ecclesiam Gallicanam, quam Colonienſes ad annum vsque millesimum trecentefimum decimum imitabantur. Isto vero anno, vt ex capite 23. Synodi sub Henrico Virnenburgico Anno 1310. habitæ constat, Colonienſibus imperatum est, vt deinceps ex Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium Ecclesiarum mater est, vsu rationem supputandi annos Christi obseruarent: cum prius Epocham annorum salutis nostræ à Paschate, sub tertio aut quarto demum post Romanos mense, inchoarent.

ter Romanā & Colon, Eccl.

Creatus est ergo SANCTVS NOSTER in Archiepiscopum, & Electorem Colonienſem pro ratione inchoandi annos ex Ecclesiæ Romanæ vsu, quo nos nunc vtimur, anno Christi millesimo ducentefimo decimo sexto, aliàs ex veteri more numerandi anno quinto & decimo. Atque ita literæ anni 1215. perhibent S. ENGELBERTVM fuisse Colonienſem Episcopum electum, vt est in diplomate quo decime

1216.

Cin Berentorp per Hermannum, Venemarum, Arnoldum, Erembertum fratres de Caminata translata sunt in Abbatem & conuentum in Scheida testibus Lamberto Decano SS. Apostolorum * &c.

Vō Kamen

* Cesar. lib. dial. 9. 6. 4.

Caput Quartum.

In quo agitur de difficultatibus quibusdam magnis S. ENGELBERTI in principio sui regiminis & annis sequentibus.

DPost depositionem Othonis Friderico adhærens, ac per hoc fauorem Domini Innocentij Papæ conquirens, communi consensu in Archiepiscopum electus est. In ipsa die electionis ob præcedentem infirmitatem tam debilis fuerat, vt vix stare aut incedere posset: eratque signum, quod febile principium melior fortuna sequeretur. Nam circa principium electionis eius, totius pacis inimicus diabolus, qui feruere facit quasi ollam profundum maris, suscitauit ei aduersarios acerrimos, scilicet Theodoricum Comitem de Cleuo, & Walramum Dusem de Limburg & Comitem in Lutzelburg, eorumque cognatos &

H A

auxi-

auxiliarios, vt futurus Machabæus in eis experiretur. Quos ita humiliavit & repressit, vt illorum exemplo cæteri Comites ac nobiles terræ A
territi, contra ipsum mutire non auderent, verentes sibi euenire posse, quod quidam ait: Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet. Ædificauerat enim Walramus castrum & villam forensē in Ducatu Colonienſi, quam Dominus Archielectus destruxit & exussit. Ob quam causam tam graues ortæ sunt inter eos inimicitia, vt Dominus Archielectus, & frater eius Comes Adolphus, diuortium fieri vellent inter Henricum filium Ducis Walrami, & filiam eiusdem Adolphi, consanguinitatem prætendentes, ne Comitibus ad Henricum vxoris gratia deuolui posset. Non fuit adeo potens, qui in Ducatu eius vel Episcopatu, inimici sui terram vastare auderet per incendium. Sic Comitum siue B
aliorum nobilium vel potentum insolentias repressit, vt penè nullius castrum destrueret, vel terram vastaret: magis prudentia, quam bellorum copia, sibi subiugans omnia, ita vt de eo dictum videatur,

Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.

In ciuitatibus suis principalibus, Colonia scilicet & Susatia, maiorem exercuit potestatem zelo iustitiæ, quam aliquis Episcoporum ante eum. Ad curias Friderici Imperatoris, tunc Regis, cum tanta gloria & expensis ascendit, vt cæteris principibus superior gloria & honore haberetur. Quantum eidem Friderico adstiterit, quantum eius partes contra Ot- C
tonem promouerit, vsque hodie experitur. Et cum maximas haberet expensas, tum propter curias Regales, tum propter supradictos nobiles, quorum timore corpori suo custodiam adhibebat satis sumptuosam, ab Honorio Papa, qui Innocentio successit, antequam pallium ei dare vellet, soluere cogebatur, quæ eius antecessores Adolphus, Bruno & Theodericus, dissensionis tempore consumpserant in curia, cum sorte vsuras grauiſſimas, quorum summa transcendisse dicitur sedecim millia marcarum. D

Notatio ad Caput Quartum.

IN hoc capite quædam *ύσερα πρότερα*; ideoque vt temporis ratio & ordo seruetur, huc afferenda nonnulla ab auctore prætermiſſa.

1216.

Notauit supra ad caput 3. electionem S. ENGELBERTI Anno 1216. ex computatione Ecclesiæ Romanæ
in

A in feriam secundam post Do-
minicam Inuocauit incidisse.
Eodem anno Kal. Maii, Fridericus apud Nurenbergam co-
mitia celebrauit, quibus Petrus Sasso Cardinalis S. Potentia
næ præsens, electionem S. No-
stri auctoritate Pontificiâ con-
firmavit. Ipse verò Fridericus
B SANCTVM NOSTRVM rega-
libus donauit.

Fuit hic annus fatalis Inno-
centio Tertio non sine ingen-
ti S. ENGELBERTI incommo-
do. Quia hunc illi perspectæ
C omnibus virtutes summè cõ-
mendarant. Attamen mox
Honorio Tertio Innocentii
successori, ita se sua probauit
virtute S. ENGELBERTVS, vt
illius sibi animum prorsus do-
uinciret, quamuis illi initio de-
sideratum pallium negaret,
donec nomina Antecessorum
suorum in vrbe soluisset. A-

D dolphus enim, Bruno, & Theodericus immenta Romæ
contraxerant debita, quorum summam ad sedecim marca-
rum millia ascendisse *Cæsarius hic scribit*, quæ argentario-
rum, vel numulariorum iudicio totidem millium Hispa-
norum ducatorum numerum exæquat aut etiam superat.
Extant in tabulario illustrissimi Capituli Metropolitanæ Co-
loniæ diuersæ eâ de re transactionum literæ & apochæ, in

H 3

quibus.



Petrus
Sasso Car-
dinalis cõ-
firmat ele-
ctionem S.
Engelberti

Papa In-
nocentius
Agnaninus
moritur.



Honorius
Sabellus
succedit.

Debita se-
dis Colo-
niensis cõ-
tracta in
curia Ro-
mana.

quibus solius Theoderici Archiepiscopi, Adolphi verò & Brunonis nulla omnino fit mentio. Inter creditores numerantur viri nobiles, Petrus de Cintio, Ioannes de Romano, Ioannes de Cintio, & Petrus Ioannis Romani filius, Petrus Saracenus, Ioannes Panthaleon, Angelus de Paulo Petri filius, Ioannes Bobo, Ioannes de Maroco, Iacobus Scarso & alij. Procuratores ad transigendum super his à SANCTE NOSTRO, hoc anno & aliquot sequentibus Romam missi erant Gerardus Præpositus B. Mariæ in gradibus ciuitatis Coloniensis, & Ioannes Kerpenis Scholasticus. Rationi cum creditoribus supputandæ, ac nominum deductioni, dubiorumque, si qua incidere, decisioni præpositi fuerant ex decreto Honorij Tertij, Gregorius de Crescentio S. Theodori Diaconus Cardinalis, & Gregorius Theodulus presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, Leo Cardinalis S. Crucis in Ierusalem, Romanus Cardinalis S. Angeli, & Gregorius de Galgano. Hinc, quam iustitiæ sanctus NOSTER fuerit studiosus, colligitur, & quæ supra in fine huius capituli narrabantur facilius intelliguntur.

Iustitia S.
Engelberti

Anno 1216. Electus NOSTER, in diuini numinis honorem & gloriam de manu nobilis viri Ionathæ ab Ardea ius patronatus Ecclesiæ in Mengede contulit Scheidano conuentui coram testibus Theoderico.....en Præposito, Henrico Bonnensi Præposito, Godofrido Capellario, Henrico de Essende, Pelegrino..... Adolpho comite de Altena, Friderico comite de Isenburg, Bertholdo de Buren, Friderico de VVitte..... & alijs quam pluribus. Hoc eodem anno similiter per manus B. Engelberti Archiepiscopi instituendo valis Dei monasterio dos collata est abs Hostadiensi comite Lothario, prout ex subiecto liquet diplomate.

Diploma
S. Engelberti.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. ENGELBERTVS, diuina fauente clementia, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsens pagina peruenerit, in perpetuum.

tuum. Ne rei gestæ finem consumat obliuio, litterarum solet indicijs æternari.

A Quapropter nouerit tam præsens ætas quàm successura posteritas, quod Lotharius Comes de Hostaden, zelo piæ deuotionis succensus, de conuiuentia & consilio ministerialium suorum, mansum terræ, duodecim bonaria continentem, iuxta Sartum S. Ioannis, ab hæredibus cõparatum, Abbati WIDONI & confratribus suis de S. Agatha, Cisterciensis ordinis, pro remedio animæ suæ, ac parentum suorum, per manus nostras, liberum & absolutum ab omni iure, censu & exactione, contradidit: vt fratres iam dicti monasterium suum in locum transferrent eundem, tanquam ipsis magis idoneum & commodiorem.

B Vt igitur hoc factum rationabile, ratum permaneat & inconuulsum, præsentem paginam exinde conscriptam, sigilli nostri caractere, & sigillo Comitis præfati dignum insigniri duximus, sub anathemate districtè præcipientes, ne quis huic factõ ausu temerario contraire præsumat. Huius rei testes sunt, Conradus maior Decanus & Archidiaconus Colonienfis, Godefridus Capellanus, Conradus & Arnoldus Canonici Colonienfes, Henricus de Ellende Canonicus SS. Apostolorum, Otto de Wickrhode, Adolphus de Ellende, Wilhelmus de Nuenhagen, Reinardus Dapifer de Hostaden, Herbordus de Marcke, Adolphus de Culen, Petrus de Wickrhode, Ludouicus Dapifer de Dolehem, Peregrinus Notarius, & alij quàm plures.

C Acta sunt hæc anno gratiæ millesimo ducentesimo sexto decimo, pontificatus nostri anno primo. *Intellige de Electionis anno.*

✠ Anno à Christi natiuitate millesimo ducentesimo decimo septimo Honorius literas encyclicas sacrae, vt vocant, cruciatæ, exemplo antecessorum suorum ac speciatim prædicatio.

D Innocentij Tertij misit. Destinarat enim Innocentius dimidiato ante felicem obitum anno nouis literis Oliuerum Coloniensem in maiore Ecclesia, Ioannem Sanctensem Scholasticos, Hermannum Bonnensem Decanum, Magistros Ioannem Niuelensem Canonicum, & S. Lamberti Decanum, & Arnoldum Monasteriensem Presbyterum, prædicandæ Cruci & colligendis eleemosynis in recuperationem terræ sanctæ, qui hucusque operi illi sedulo insistebant. Inter care-

Oliuerus
Scholasticus
Coloniensis.

ROS SAN-

S.Engelb. ros SANCTO NOSTRO easdem literas inscripserat, qui ad
cruciatae Pontificis placitum etiam cruce fuit signatus. A
inscribitur.

Expeditio
naualis
cruciatae.

Miraculo-
sa victoria
cruciatae.

a Godefr.
Elbornensis
Brouius re-
fert hac ad
annu 1219.

b Godefridus
Frisones re-
statur obfi-
dioni non in-
terfuisse, nam
cum 80. cir-
citer nauibus
olyssipone
abierunt pro-
xima à S.

Iacobi ferijs,
die.

c Rex Siuilia
qui & Hispal
dicitur, rex de
Corduba, rex
de Iehen, Rex
de Badaloz.

* Godefrid. duos Reges, de Corduba, & Iehen cecidisse affirmat, & plusquam 14000. Sarracenoꝝ.

Eodem anno Andreas Rex Hungariæ, Lupoldus Dux Au-
striæ cum Episcopis & copiosa multitudine signatorum ma-
re transferunt; Wilhelmus verò comes Hollandiæ, Georgius
comes de Wide, cum alijs cruce signatis Teutoniæ, ad ter-
ram sanctam nauigio proficisci desiderantibus, ad nobilem
fluuium Mosam congregati sunt apud Vlerdinge. IV. Kalen.
Iunij Regi Regum & Domino Dominantium se commen-
dantes, nauibus conscensis vela fieri, præcidi anchoras impe-
rarunt, ac ipsis Kal. Iulij apud Dermudin ad portum Angli-
cum appulerunt, vnde soluentes varia iactati tempestate,
tandem portum Olyssipponensem attigere. Palmam, quam
ibi retulere his verbis prosequitur *Casarius lib. 8. dial. cap. 66.*
Anno partæ gratiæ millesimo ducentesimo decimo septimo
cruce signati ex tota Alemannia ac Frisia cum trecentis ferè
nauibus circa Idus Iulij (*Godefridus ait quinto Idus Iulij*) intra-
uerunt portum Vlixbonæ, in quò dum aliquot diebus, plu-
res exspectarent naues, ad petitionem Seueri Episcopi iam
dictæ ciuitatis, & Episcopi Ebornensis, a Martini commen-
datoris militiæ de Palmela, nec non & templariorum, atque
Hospitalariorum castrum Sarracenoꝝ, nomine Alchazer,
id est omnium carcer, obsederunt b. Sexta verò feria post na-
tiuitatem B. Dei Genitricis Mariæ. Coëgerunt contra eos
quatuor Sarracenoꝝ Reges, c centum millia pugnato-
rum, quibus Christiani numero minores, sed fide maiores
Sancto Iacobo, B. Vincentio Regionis istius Patronis, alijsq;
Sanctis inuocatis occurrerunt. In primo congressu vnus Re-
gum cecidit, aliorum interfectoꝝ non erat numerus, plu-
rimi capti, qui cum per exercitum ducerentur, Christiano-
rum inuestigabant signa, asserentes: à candidatorum turba
rubeas

A rubeas in pectore cruces gerente, suorum multitudinem fugatam fuisse: Insuper triremes contra Christianos conductas coelestis visionis terrore in fugam versas. Quibus auditis peregrini comites gratias egerunt Christo, qui martyrum suorum deprecatione, eis subsidio venisset; Nam ut testis est Godefridus, tribus suorum clientum animos confirmavit miraculis; Ipso enim clarissimo die triumphale in aëre vexillum S. Crucis utrique se obiecit exercitui, Maurosque exterruit.

B Deinde post noctis medium ex improviso Christianis subsidio venit, Petrus Magister militiae templi, & demum in ipso conflictu visa est in aëre candida armatorum militum multitudo, sagittarum imbrem in Sarracenos effundere, quarum copiâ circumfusi hostes palmam cessere Christianis. Orto autem die versus orientem suos disposuere Sarraceni, Christiani verò in occidentem, unde solis radij è clypeis aureis reortori suo fulgore montes illustrarunt. Circa ferias XI. millibus Virginum dicatas, cum ex cuniculis actis altera corrueret turris, castrum, seque ipsos Christianis dederunt. Castrum redditum fratribus militiae Sancti Iacobi seu de gladio dictis.

Auxilium
à Deo
multiplex.

Hoc eodem anno S. ENGELBERTVS Godeschalcum de Padberg filiumque eius Ioannem inuestiuit feudo Padbergensi, de quo hoc dedit Episcopus diploma.

S. Engelberti feudū
Padeberg.

D In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Engelbertus diuina fauente Clemētia, S. Coloniensis Ecclesiæ electus, omnibus, ad quos præfens pagina peruenerit, salutem in Domino. Ut omnis ambiguitas & obliuio super ordinatione subscripta in posterum euitentur, declaratione scripti præsentis vniuersitati vestræ cupimus innotescere, quod Godeschalcus de Padeberg & Ioannes filius eius in manus tam nostras quam Adolphi & Friderici de Alzena comitum, Hermanni de Lippia, & Bertholdi de Buren virorum nobilium, atque Hermanni de Aluere Marschalci nostri asscurarunt iuramento firmantes & sex in super Nobis dantes obsides, quod castrum in Padeberg, Nobis & Ecclesiæ Coloniensi quo ad vixerint fideliter

deliter tenebunt, illud nobis & nuncijs nostris ad hoc destinatis necessitate exigente ad voluntatem & beneplacitum Nostrum aperturi, nulum vero hominem contra voluntatem & inhibitionem Nostram in prædicto castro vel villa adiacente seruabunt, nec alicui de ipso gerram mouebunt sine mandato Nostrò speciali, Vniuersis qui læsionem & damna sustinuerunt ab iisdem ad consilium & iussionem Nostrâ satisfacturi competenter. Si vero contra iuramentum suum venire præsumpserint non obseruantes quæ præmissa sunt, obsides prælibati per obstagium, perpetuo nostræ potestati sine qualibet contradictione subiacebunt & omnia bona quæ antefatus Godeschalcus, & Ioannes suus filius de manu Nostrâ tenuerunt, libera ac soluta ad Nos & Ecclesiam Coloniensem redibunt, & fideiussores subnotati, quos Nobis constituerunt mille marcas nobis vel successoribus nostris dabunt; quod si in solutione huius pecuniæ defecerint, commoniti Ruden intrabunt; inde non exituri ante præactam pecuniæ persolutionem, omnes pro ea in solidum obligati. Nomina fideiussorum hæc sunt, *VVernerus de VVy-dogensteine, Henricus de Geure, Conradus Hacke, Boymundus de Eruete, Albertus de Sturmede, Rudolphus de Eruete, Hermannus de Eruete, Arnoldus de Eysene, Godeschalcus de Eruete, Henricus de VVolmodesteine, Andreas de Ouerslo, Gosvvinus de Susat, Albertus de Palude, Alexander de Oysenb. Godefridus Muntzeim, Euerhardus Vlike, Arnoldus de Hottope, Israel de Nyhem, Constantinus de Allenchouen, Arnoldus de Effle.* Ad maiorem quoque firmitatem Castellani prænominati Castri & Custodes Turrium nobis iuramentum præstabunt, quod prædictam castrum, contra omnem hominem Nobis & Ecclesiæ Colonienfi tenebunt, & si memoratus Godeschalcus & Ioannes filius suus sine hæredibus Ecclesiæ Colonienfi non pertinentibus decefferint ipsi idem castrum Nobis & Ecclesiæ Colonienfi liberè & absolute qualibet exclusa contradictione assignabunt: vt ergo hæc quæ præscripta sunt inuiolabiliter obseruentur, præsentem exinde paginam, conscriptam sigilli Nostrî, Adolphi & Friderici comitum de Alzena appensione fecimus communiri. Acta sunt hæc Ruden, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo septimo, nonis septemb.

Fideiussores pro Padberg.

Inimicitia contra Ecclesiam Coloniensem.

Gliscabant sub his mitijs etiam Theoderici Cliui, & Walrami Limburgi Ducis Lutzenburgi Comitibus inimicitia in Ecclesiam Coloniensem, literis ergo Coloniae tertio nonas Iulij

A Iulij datis ENGELBERTVS NOSTER, pro Ecclsiæ suæ defensione Henricum Lotharingæ Ducem sibi fœdere nexuit, quod Henricus eò promptius admisit, cū id se ENGELBERTO Clientelæ, seu hominii ratione debere in literis suis ipsemet fateretur. Porro literas fidei, à Duce Lotharingæ S. ENGELBERTO datas & mutuas ENGELBERTI ad Henricum Lector videbit in notis ad caput 5. In illis autem literis Engelbertus appellatur Colonienſis electus, vt inde colligatur pallium illi ab vrbe hoc tempore necdum fuisse allatum.

B Anno Saluatoris nostri decimo octauo Otto Imperator post Paschales ferias febre correptus IV. Kal. Maij è viuis abijt, postquam ab Hildesiensi Episcopo (quem vnà cum alijs Abbatibus & Sacerdotibus de modo, quò à censura expediretur, consuluerat) anathematis vinculis, quibus octo annos à duobus Pontificibus, iniectis hæserat innodatus, fuisse solutus. Ægidius aureæ vallis monachus ait; Ottonem tantam sumplisse copiam electuarii laxatiui, vt disrupta viscera cogeret ebullire. *Crantzius lib. 7. Saxon. cap. 37.* testis est eum morbo, qui vitam illi abstulit, laborantem, rerum ge-

Ditarum ductum pœnitentia, ex ineffabili cordis dolore sua detestantem peccata in arce Hartesberg, atque à Sifrido Hildesiensi Episcopo diris solutum placidè quieuisse: quam absolutionem Honorius Papa postea ratam habuit; Vt verò suam ipse moriturus ostenderet pœnitentiam, fertur coquis præcepisse, collum suum vt calcibus premerent, & vilissimam Dei creaturam omnino æstimarent. Addit Thomas



1218.

Brouius V.

Kal. Maij

Godesfridus

Idibus Maij.

Otto Imperator moritur.

Ottonis penitentia propter offensam sedem Apostolicam.

*Crantzius in Metrop. li. 7. cap. 35.**Cantipratanus vocat eum erroneè Conradū Hildesiensem.*

Apparitio
animæ Ot-
tonis.

Cantipratanus *lib. 2. cap. 53.* se ab ijs audiuisse, qui diutino eius languori interfuerint & morti, quod omni die sacerdotibus Christi tergus suum dederit flagellandum. Vnde Hildesien-^Asis Episcopus vix sibi posse persuadere testatus est, quod Otto Imperator vel ad horam ignes expiantes experiretur. A morte materteram suam, quæ in monasterio Virginum singulari florebat castimonia, summo mane, valuis cancellorum vestibuli, in quo cum externis agitur, pulsatis, accessit, ipsamque (aderat enim) apertis valuis his affatus est Imperator ver-^Bbis: defunctus ego purgantibus excrucior ignibus, dirigas ergo nuncios ad diuersa Religiosorum cœnobia, vt decies milles Psalterium pro me recitent & euoluant, ita vt ad singulos Psalmos decem sibi flagello ictus infligant & ad vnumquemque versiculum salutationem Angelicam cum Dominica recitent oratione, dicatur vero Psalmus. De profundis, cum in manus accipitur flagellum. Dictum factum; Extemplo curat^C matertera. Nec diuersa monasteria inuitè vexationes eas corporis, sed voluntatiè suscipiunt, quod illis aliisque pauperibus tempore famis infinitam annonam largâ distribuisset manu, peractis omnibus ad easdem valuas in aurora materteræ apparuit, tantâ circumfusus claritate, vt eius perstringeret oculos; audire tamen meruit, gratias reddo tibi; pro me misericordissimo Domino gratias age, quia iam à pœnis ereptus ad gloriam transeo sempiternam. Corpus ipsius Brun-^Dsuicum translatum, & in S. Blasii æde sepultum est. Hinc, vt supra ad annum 1414. monui, apparet Mutii error de obitu Imperatoris Ottonis.

S. Engel-
berti libe-
ralitas erga
Vilecēses.

Hoc eodem anno liberaliter S. Antistes Engelbertus donauit Elisabethæ Abbatisæ, & Parthenoni in Vilica, cunctisque illius loci ac religionis eiusdem posteris vel vt loquuntur archiua, *in eodem voto & loco successuris*, ob diuinam gloriam vitæque ipsarum sanctimoniam, cum totius Vilicensis Parochiæ

Achia à riuulo Roenbach vsque ad fluuium Sigam; tum noualium agrorum ac vinearum decimas.

Monasterii etiam Heinsbergensis possessiones à B. Engelberto confirmatas subiectum diploma testatur.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ENGELBERTVS, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.

Diploma
S. Engelberti pro
Hinspergen-
sibus.

Pium attendimus, & ad præsentis vitæ decursum prosperiorem, & ad futura remunerationem æternam nobis maximè profuturum, quòd loca sancta, monasticæ religioni dicata, paterna charitate diligamus, & vbicunq; possumus promoueamus & conseruemus.

Inde est, quòd vniuersitati vestræ cupimus constare, quòd nos monasterium beati Gerlaci, & S. Mariæ virginis perpetuæ apud Heinsberg, ob intimam deuotionem tam fratrum quam sanctimonialium, quem ad cultum & seruitium Dei habent, in specialem defensionis nostræ protectionem recepimus, eisque omnia bona quæ nunc habent, vel in posterum, dante Domino, iustè poterunt adipisci, præsentis pagina confirmamus.

C Specialiter tamen exprimimus prædium in Munen, videlicet centum duodecim iugera terræ arabilis: quod prædium idem monasterium iusto emptionis titulo conquisiuit ab Hermanno de Bruege, & ipse Hermannus in præsentia nostra apud Leggenich in ipsa Ecclesia eidem monasterio contradidit: & frater suus Reimarus clericus huic factò consensit, pro se & omnibus eorum cognatis vel amicis: & omni iuri, quod in prædio illo videbantur habere, vterque renunciauit, & exfustucauit.

D Item mansum vnum in villa Hertene, LX. iugera habentem, quem similiter ipsum monasterium iustè comparauit, ipsi monasterio in perpetuum confirmauit.

Ad cuius rei certam in posterum euidentiam, præsentem chartam inde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Huius rei testes sunt, Gerhardus Præpositus Carpenensis, Godefridus Carpenensis Canonicus, Fridericus Præpositus Monasteriensis, comes Wilhelmus Iuliacensis, Theodericus de Koslare, Arnoldus de Gimmenich, Emundus de Brakele, & alij quàm plures, tam clerici quàm laici. Acta sunt hæc Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo.

I ;

Dein-

S. Engelbertus & Adolphus de Monte
 Deinde ius patronatus in Ecclesia Rommerskirchen, A
 quod modo per bonorum permutationem penes collegium
 S. Andreæ est, cœnobio Knechtstedensi SANCIVS NOSTER
 & Adolphus de monte fratres contulerunt iuxta literas sub-
 de Monte iectas.

fratres Deo offerunt Ecclesiam in Rõmerf-
 kirchen.
 In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Engelbertus diuina fa-
 uente Clementia sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopus omni-
 bus Christi fidelibus, ad quos præsens pagina peruenerit in perpetuū.
 Quia omnium terrenarum facultatum conditio hæc est, vt amata no-
 ceant, & quamuis tenaciter retentæ possessorem ante speratum relin-
 quant, expedit cuilibet eas salubriter spernere & ipsas misericorditer
 largiendo thesauros cœlestes sine fine mansuros thesaurizare, atque
 pro terrenis cœlestia pro trāsitorijs æterna fœliciter commutare. Quod
 quidem Sancti & Religiosi animaduertentes de suis facultatibus Ec-
 clesias Christo dicauerunt, pauperibus pia solatia deuote impende-
 runt: quorum venerabilia exc̄pla tam Nos quam Frater Noster Adol-
 phus Comes de Monte secuti, ius patronatus quod in Ecclesia Rom-
 merskirchen habuimus, Ecclesiæ in Knechtsteden communicata manu
 in refrigerium animarum nostrarum & parentum Nostrorum contra-
 didimus, vt post obitum Nostrum fratres in ea Domino deseruientes
 anniuersarium depositionis Nostræ diem tanto celebrent deuotius
 quanto à Nobis senserint beneficia gratiosiora percepisse: Ne ergo a-
 liquis hanc traditionem legitimam nefaria præsumptione infringere
 attentauerit, præsentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri mu-
 nimine fecimus corroborari: sub anathemate districtius inhibentes,
 ne quis huic facto nostro temere contraire præsumat. Testes huius rei
 sunt Conradus maior Præpositus & Archidiaconus, Macharius Abbas
 de Steinfeldt, Hermannus Subdecanus, Godefridus Capellarius, Cō-
 radus de Bobardia, Theodorus de Brule, Henricus de Essende, Can-
 nici Colonien. Hartmannus Templarius de Vrbe, Henricus comes de
 Seyn, Henricus comes de Kessele, Hermannus Aduocatus Colonien-
 sis, Theodericus Dapifer, Sifridus Camerarius, Bruno Pincerna, Gum-
 bertus de Elnere, Daniel de Esterode, Sibodo Puls Dapifer, Engelber-
 tus de Brunsbure, Adolphus de Stamheim, Wichardus de Lennepe,
 Adolphus de Bernsofve, Theodericus frater eius, Gerardus de Vpladen,
 Giso frater eius, Pelegrinus Notarius & alij quam plures, Acta
 sunt

sunt hæc apud Bensbure, Anno Incarnationis Dominicæ M. CC.
A XVIII.

Hoc anno Dux Zeringiæ Bertholdus obiit. Ita *Chron. Dominic. Colmar.* Eodemque vita functus non ingloriâ Adolphus S. ENGELBERTI frater, qui vir nobilis & potens, vt testatur Iacobus de Vitriaco *lib. 3. historie Orientalis*, præfuit classi cruce signatorum Colonien- sium, Frisonum, Bremensium & Treuirensium, eorum Dux & Iudex constitutus. Classis hæc ex cogonibus, triremibus & onerarijs nauibus erat conflata; Cogones autem sunt rates bellicę propugnaculis, instar castellorum, munitæ, quarum singulæ trecentos circiter armatos vehunt, vt ex historia Hierosolymitana Angli sed incerti auctoris discimus, qui & coggas eas, Oliuerus autem Coccones, Petrus Schriuerius in sua Hollandica historia germanicę scripta, hæc naues Koggen nominat, vbi & huius expeditionis in terram sanctam meminit. Obiit autem Adolphus in oppugnatione turris ante Damiatam captæ circa ferias S. Ioannis Baptistæ. Erat hæc turris lateritia ante Damiatam in medio Nili excitata, à cuius pede maximæ catenæ protendebantur ad turrim mœnium ciuitatis, ne pateret aditus nauigio intraturis vel egressuris Ægyptum, nisi de licentia Soldani. Hac enim transeundum nauibus, ex India versus Syriam, Antiochiam, Armeniam, Græciam & Cyprum. Vnde & hic transitus Regi Babylonix valde est quæstuosus. Hæc porro turris, quia custodiebat ostium Nili, prius expugnanda erat, quàm vrbs cingeretur. Expeditis ergo in
Arumæ-



Moritur Adolphus frater S. Engelberti iuxta Bezouium obiit anno 1219. illo enim anno oppugnatione turris, ante Damiatam ex mœne Bezouij in qua perijt, refertur. Cogones quid.

Turris ante Damiatam.

strumentis bellicis, præter Sarracenorum timorem & spem
 suam Christiani triremes suas in alveo, turrim & terram ver-
 sus Christianorum castra interfecante, Sarracenis nequic-
 quam telorum & lapidum iaculatione transitum impedi-
 entibus, promouerunt. Dualque ad Coggonum malos suspen-
 derunt scalas & ponticulos, ex quibus turrim erant oppu-
 gnaturi. Coggones verò dum propius appellunt ad turrim,
 malus Hospitalariorum ruptus oppugnatores cum scalis
 præcipites actos extinguit, paulo post lapsu scalarum Ducis
 Austriæ alij exanimati sunt; Tandem Magister Oliuerus
 Scholasticus Coloniensis ex puris eleemosynis pauperum æ-
 dificium, in quo erant propugnacula & pons constructa, tur-
 ri applicuit, in quod licet à Sarracenis sagittæ, lapides, ac ma-
 ximè ignis mitterentur, hæc tamen nihil impediuerunt,
 quò minus Christiani per pontem in turrim conscenderent,
 atque eam expugnarent. Ignis enim diuina bonitate in ipso
 ponte extinguebatur. Ex Sarracenis quidam interfecti, qui-
 dam in Nilo submersi, quidam etiam enatarunt, amplius
 centum capti; Ingens hæc vis commeatus inuenta, ingentes
 diuitiæ partæ, vt Persis, Arabia, India spoliata videretur. Re-
 stabat Damiana vrbs munitissima. Tentata è vestigio est, si
 recenti terrore amissæ turris ac ferè vestibuli vrbs, expugna-
 ri posset, scalis, machinis, tormentis adorti, re infecta disces-
 sere, multis vulneribus acceptis; castra tamen in expugna-
 to vico fixerunt, & inter vrbs obsessam, Sultanique castra,
 præsidio collocato commeatum auxiliaque omnia interclu-
 serunt; post annuam obsidionem fame & peste in vrbe domi-
 nantibus, eam Nonis Nouemb. nemine resistente, scalis ad
 mœnia admotis & conscensis introierunt, cæsis exiguis
 Sarracenorum armatorum, à peste reliquiis; Ex septuaginta
 millibus tria tantum millia puberum (nam infirmior ætas ac
 reliqui

Godefrid.
Oliuerus Coloniensis Scholasticus.
Turris expugnationem Brounius ad annū 1219. refert.
In hac oppugnatione Damiana fuit etiam S. Franciscus, qui videns Christianor. ad pugnam contra Sarracenos apparatus, spiritu prophético sinistram prælij euentū prædixit, sed contemptus fuit. Commissa acie Christiani sunt fugati.

A reliqui omnes fame pestilentiaque absumpti iacebant insepulti inuenta, & hi affecti quoque, vitâ donati eâ lege, vt vrbem à cadaueribus purgarent. Præda ingens parta auri, argenti, gemmarû, margaritarû, preciosæ vestis, suppellectilifq;

Haftenus de Damiata; ex occasione Adolphi in alieno solo defuncti. Porrò mors Adolphi veteri liti, ENGELBERTUM inter & Walramum Limburgicum, novos fomites suppo-

S. Engelbertus ob aditam administrationem patrimonij sui patitur inuidiam affinium,

B vitæ ipsius auctor est, tenebat terram patris de qua habebat ministeriales multos, & redditus magnos, ob quam causam Ducis V Walrami cuius filius Henricus filiam Adolphi Comitis duxerat uxorem, contra se non modicam excitauerat inuidiam: Sopita tamen omnia fuerant, tali pacto interueniente, vt Dominus Episcopus, quoad viueret, teneret terram; Ille vero ab eo singulis annis in pecunijs reciperet pensionem. Hæc ibi. Sed in compositione, quæ anno 1220. inter Sanctum nostrum & Walramum Limburgicum siue Lutzemburgicum intercessit, prout infra describitur, ista de lite sopita paulo aliter recensentur, sic enim

C ait: *Item Henricus filius suus (Walrami) super hereditate uxoris suæ se potestati & gratiæ Domini Archiepiscopi præcisè submisit, ita quòd nunquam illam repetet, nisi de gratia & voluntate ipsius eam obtinere possit.* Iustitiam ea in lite pro S. ENGELBERTO stetisse constat, ex ijs quæ c. 4. de diuortio ab ENGELBERTO atq; Adolpho Henrici socero Engelbertique fratre ob consanguinitatis vinculum tentato narrata audiuimus.

D Verò mihi est simile hoc anno S. ENGELBERTUM primus pallium indutû fuisse. Cû enim ex decreto SS. Canonum in pallio Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione conferatur *Ex tit. de auct. & usu pallij c. nisi specialis*, & hucusque, vt ex varijs tabulis patet, sese duntaxat Electum vocitarit, deinceps verò, vt ex literis monasterio Flechtropiensi anno sequenti datis & nonnullis cognosci-

S. Engelbertus pallium accipit.

mus alijs, Archiepiscopi titulo vtatur, colligere licet, cum nunc ab vrbe pallium fuisse consecutum. Ad hæc cum in pri- A uilegio de colendis agris minoris campi & grangia, id est prædij seu villa, remisit noualium decimis, Abbati & Monasterio veteris campi ordinis Cisterciensis, concessio, & anno 1224. obituato SANCTVS NOSTER referat: eum esse annum Pontificatus sui sextum, qui alias ab electione erat octauus, consequens est; Anno 1218. Engelbertum pallium suscepisse, & ab eo tempore Pontificatus seu Archiepiscopatus annos numerare cœpisse.

1219.

Tempus
captæ

Damiatæ

Brouius

anno 1220.

Damiata
veteribus
Pelusium à
furiolo Pe-
leo Achil-
lis patre.

Oliuerus
Scholasticus
Cardinalis.

Anno millesimo ducentesimo decimo nono, Damiata^B vrbs Ægypti pulcherrima & firmissima infinitis turribus interius exteriusque decorata, duplici tum versus fluuium tum etiam terram eiuncta muro, ac condita inter litus maris, & ripas Nili in eo scilicet loco, vbi Geon, vel Nilus mari mediterraneo suscipitur, in

Christianorum potestatem deuenit; vt supra monui ad annum 1218.

scripsit ea de re ad S. ENGELBERTVM Archiepiscopum, Maiorem Præ-

positum, Maiorem Decanum, cæterosque Priores & totum Clerum

Colonientem, egregiam epistolam Oliuerus Scholasticus, cuius supra meminimus, in qua se Oliuerus peccatorem & seruum emptitium Crucis nominat: Fuit is Oliuerus post prouectus ad Episco-



C

D

A piscopatam Paderbornensem, & tandem Cardinalium numero sub titulo S. Sabinæ adscriptus.

Incidit in hæc tempora Beati Hermanni clerici marty-

Casarius
Kleinforst
Msc.
 rium. Erat is Susati peregrinus, ætate iuuenis, corpore procerus, pulcher aspectu & talibus naturæ dotibus quibus oculi animusque diuitis mulieris ita decepti, demerentati que sunt, ut ipsa omnibus opibus suis turpem consuetudinem Clerici cuperet emere,



C sed Clericus S. Iosephum imitatus, scædi criminis detestatione, occasionem præbuit committendi aduersum se facinoris: Impudica enim in furorem & odium acta, castissimum Clericum de illata sibi vi ad Iudices detulit, quanquam vero sequacioris sexus inconstantia & malitia fidem accusationibus abrogent, sic ut pro huiusmodi scelere cuiuspiam impingendo nec satis sit illustris fœminæ testimonium, cum & Reginas falsitatem commisisse legamus (*Chron. Colonien. fol. 149.*) attamen contra B. Clericum apprehensa mox à Iudicibus suspicio, & procliuitas credendi malum de alijs, tantum vicit, ut innocentis negatio non ipsum expurgatit à criminis calumnia: Ergo in carcerem compingitur & eodem mulier pertrahitur, non à Iudicibus sed prauo, quo semet illaquearat vinculo: nam exagitata cupidine, admotis carceri scalis, ubi ex alto dabatur aditus, præcipitem se ad captiuum dedit, eum ad amplexus & nefas sollicitatura: oboritur proinde vehementior suspicio, qua Clericum philtorum & nigri cõscium crederent, ac idcirco non in examen, sed pœnam cri-

minis festini flammis viuum addicerent. Accepta sententia, A
 probroso comitatu ad rogam educitur, inter flammam inte-
 gritatem contestans, dum iam pulmonem ignis denudasset,
 altissima voce Angelicam Deiparæ, cuius opem experiebat-
 tur, salutationem decantat. Amplius hæc constantia cir-
 cumstantes mali credulos offendit. Hinc vnus accusatricis
 cognatus miraculosam in medio ignis fortitudinem, necro-
 manticis artibus adscribens, arrepto titone candidissimi
 cygni vocem & fauces obstruxit. Deus autem destitutam te-
 ste pydicitiam tot prodigijs & gratijs comprobauit, vt dela- B
 tioni & sententię obnoxij, magnitudinem iniustitię sera æsti-
 matione ponderantes, mitigata ira Æqui Numinis graue (vt
 ita dicam) Clericidium expiaturi, coram collegio S. Patrocli
 veniam orarent prostrati, ad B. Hermannianes & Deum
 placandum in loco dedecoris Ecclesiam vouerint & ædifica-
 rint, quam innocentię assertor Deus miraculis fecit illu-
 stre. Hæc postmodum bellis vel hæresi euerfa periit. Vide-
 tur stetisse in monticulo, vbi vestigia sacelli vulgo Herimre C
 kirck adhuc extant.

Castrum
 Fursten-
 berg à S.
 Engelber-
 to constru-
 ctum.

Circa idem ferè tempus, Nobilis vir
 Gerardus de Brubach ENGELBERTO no-
 stro bellum mouit: aduersus eum vti au-
 ctor est Cæsarius distinct. 7. c. 29. Vir san-
 ctus Castrum Furstenbergense constru-
 xit. Adeo non deservuere concitati in il-
 lum inuidorum inimicorumque animi,



1620.

Pacifica-
 tio inter S.
 Engelber-
 tū & Theo-
 dericū Cli-
 uensem.

donec tandem anno sequenti Deo iustæ causæ patroci-
 nante omnes sibi aduersantes composuit, eosque sibi parere
 docuit.

Anno itaque millesimo ducentesimo vigesimo, 12. Kal.
 Iulii inter SANCTVM NOSTRVM, & Theodericum Cli-
 uensem conuenit in eam formam, quam fide, præscriptis
 verbis,

A verbis, suisque & Traiectensis ac Monasteriensis Episcoporum, illustrissimi quoque Capituli Metropolitanani sigillis firmarunt. Formam ex tabulario accipe Lector:

*Quidam m. se.
Cliuens. vo-
cant Theodo-
rum V.*

B Comes Cliuensis seruiet Domino Archiepiscopo contra omnem hominem, contra quem ipse Archiepiscopus saluo honore suo eum conducere poterit, & hoc discretioni Archiepiscopi relinquetur, sine Comitis contradictione. Item Comes nullo modo guerram Archiepiscopo mouebit, si vero quæ præmissa sunt non obseruauerit, bona quæ de manu Archiepiscopi tenet libera ipsi erunt & soluta. Insuper
C duodecim ministeriales suos subnotatos Archiepiscopo obligauit, cum omnibus, quæ tenent ab ipso, vt si contra præscriptam formam uenerit, ipsi cum personis hæreditibus & bonis eiusdẽ Ecclesiæ Colon. perpetuo pertineant: Ministeriales Archiepiscopo à Comite obligati hi sunt. Theodericus à Strunkedhe, Gerardus de Horst, Henricus Duckere, Rutgerus de Heiduelde, Henricus Pincerna, Stephanus de Sulen, Wilhelmus de Wischele, & Theodericus frater suus, Gerardus Palcke, Albertus Clericus, Rutgerus de Galen, Theodericus filius Henrici de Winne: si vero comes Ecclesiæ Coloniensi per se vel per
D suos iniuriam fecerit, satisfactionem eis secundum veritatem exhibebit. Item si ministerialis Archiepiscopi aliquem ministerialium vel hominum comitis læserit vel damnificauerit, Archiepiscopus emendari faciet eidem. Quod si iniuriator in hoc sibi rebellis fuerit, ipse comiti contra eum assistet, & comes Archiepiscopo idem faciet in articulo confimili. Item Archiepiscopus comiti promisit, quod si aliquis eum vel sua iniuste inuaserit, ipse satisfaciet ei amicabili compositione vel iustitia mediante. Quod si aduersarius comitis Archiepiscopo rebellis, & inobediens extiterit, Archiepiscopus comiti in iure suo contra ipsum assistet. Vt igitur quæ præscripta sunt firmiter obseruentur, Coloniensis Archiepiscopi, Traiectensis, & Monasteriensis Episcoporum, maioris Ecclesiæ Coloniensis & Comitis Cliuensis sigilla præsentis paginæ sunt appensa.

*12. Mini-
steriales
Cliuensis
obligati
Archiepi-
scopo En-
gelberto.*


Acta sunt hæc Coloniæ Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo XII. Kalend. Iulij. Indictione octaua.

Theodericus Cliuensis 21. Comes.

Theodericus ille numeratur Comes Cliuorum vicesimus & primus ab Ælio Gracili, vt conijcit Stephanus Pighius in Hercule Prodigio, vel si coniecturæ quam nuper sequutus est Dominus Streithagenus in tetraſtichis ſuis locus eſt, ab Elia Graio, quem ex detorſione vocabuli poſteri forſan Eliam de Græel vocitarunt. Caterum quod ille (Pighius) Romanum fuiſſe Eliam, ab ÆLIORVM, Graciliumque familiis ortum, ex quadam conficta fabella, & vocabulorum paronymia conijcit, id intra coniecturæ terminos conſiſtat patimur. Quanquam ſi

V. Baron. ad
Chriſti 711.
713. Theophan. Niceph.

coniectare licet, dixiſſe maluiſſem Pighium aut ante me quemcunque alium, Eliam hunc potuiſſe eſſe illum Spatharium nobilem, in Græcia illuſtre virum, à quo Iuſtinianus Rhinotmetus capite truncatus narratur, qui que Philippico Monothelita poſt vnus anni & ſex circiter menſium ſpatium, quo imperium tenuerat, oculis orbato atque in exilium relegato ſub Anaſtaſio optimo Principe Catholico, Philippici



A

B

C

D

A pici eiusque fautorum hoste acerrimo, illius tamen successore creato, apud exteros simul in exilio vitæ reliquæ salutem quærens eam in Beatricis Theodorici qui vltimus Cliuorum præfectus fuit, filix matrimonio reperit: Sed coniecturæ sunt, & non aliam, quam coniecturæ habere solent, merentur fidem. Fuit Theodorico vxor Mechtildis Dinslacensis. Verū ad res hoc anno gestas, SANCTVMQ; Nostrum reuertamur. Mense Augusto inter S. ENGELBERTVM & Walramum Lutzenburgi comitem facta etiam compromisso de **B** controuersia & successione Namurcensi, pactum intercessit his conceptum verbis.

Pacificatio inter S. Engelbertum & Walramum Lutzeburgen.

Comes de Lutzenburg comites de Vianden, quos captiuarat, liberos & solutos sine omni conditione dimittet, hoc adiecto, quod si imposterum erga ipsos actionem ratione hominij, quo ei sunt astricti, eum habere contigerit, per hoc pacem non violabit. Item Henricus filius suus super hæreditate vxoris suæ se potestati & gratiæ Domini Archiepiscopi præcise submisit, ita quod nunquam illam repeter nisi de gratia & voluntate ipsius eam obtinere possit. Item memoratus comes de **C** Lutzelenburg super causa quæ inter ipsum & comites Namurcens. vertitur se Domini Archiepiscopi submisit arbitrio, vt quicquid ipse mediatis personis quas ad hoc assumpserit inde duxerit ordinandum, ratum teneat & inconuulsum. Insuper causam quæ inter eum, & de Hochsteden & Veldenze comites ventilatur Archiepiscopus amicabile compositione vel iustitia mediante decidet. Dominus autem Walramus, Henricus & Walramus filij sui iuramentum præstiterunt corporaliter, quod quæ præmissa sunt fideliter obseruabunt. Præterea **D** Gerardus de Horne, Hermannus de Eylsloe, Alexander de Wilre, Hochsteden & Veldenze, Theodericus de Hufalis, Wilhelmus Mor, & Vdo filius eius iurarunt, quod si prænominatus Dominus Walramus & filij sui contra præscriptam formam venerint, Domino Archiepiscopo contra ipsos tam diu assistent, vsque dum super omissis satisfecerint, condigne. Ad hæc Cuno de Rulant iurauit quod bona fide ad obseruantiam præmissorum ipsos monebit & inducet: Ad ampliorem etiam firmitatem Dux Brabantix, Seynensis, de Lon, & Fridericus de Isenberg comites; Theodericus vir nobilis de Heinsberg, fide data in manus Domini Archiepiscopi

S. Engelberto comitatus Montensis cedit.

S. Engelbertus arbiter super successione Namurcensi.

S. Engelbertus iudex inter com. de Vianden & Veldenze.

Adiutores fœderis Lutzenburgici.

scopi promiserunt, quod si Dominus Walramus & filij sui quæ prænotata sunt infregerint ipsi contra eos sibi vsque ad satisfactionem assistent. Ad huius autem facti robur & euidenciam præsentis pagine Domini Archiepiscopi & ipsius Comitis de Lutzelenburg sigilla sunt appensa.

S.Engelb. beneficiat
Canonicis
suis Seueri-
nians. Hic non prætereunda, quæ S. N O S T E R particulatim Ecclesiis hoc anno contulit beneficia. Principio Canonicis S. Seuerini, quorum Præpositum aliquando egerat ob peculiarem, quo ipsos prosequabatur, *fauorem, in remedium animæ & memoriam sui ibidem perpetuo habendam, concessit centum & viginti iugera de sylua Hesholze, quæ in agros verterent, insuper & noualium decimas. Testibus Conrado Maiore Præposito & Archidiacono, Henrico Præposito Bonnensi, Henrico Præposito Carpeni, Theoderico de Brule Canonico Maioris Ecclesie in Colonia, Peregrino Notario, & Vinemaro Sacellanis Episcopi.*

Fundatio
Collegij
Radenfis
prope Vir-
sen. Deinde Beatissimus Præsul noster, ex donatione Ernesti Sacerdotis de Suchtelen, erexit Collegium quatuor Canonicorum in Rode iuxta Virsen, præsentibus *Conrado Maiore Præposito Gozuvino * maiore Decano, Gosuvino Chorepiscopo eiusdem Ecclesie, Godefrido Capellario, Theoderico de Brule Capellano Episcopi, Henrico Præposito Carpano, Tegrino Notario, Gerardo comite Geldria, comite de Lon, Gerardo de Hurne, & sociis eius, Hermanno Nobili Aduocato, Hermanno Marschalco, Godefrido Camerario & alijs quam pluribus.*

S.Engelb.
dotat Ec-
clesiam in
Questel-
berg.
S.Engelb.
dotat
Brawiler. Ecclesie quoque B.M. Virginis in Questelberg, hoc anno Engelbertus pro salute animæ suæ & perpetuâ sui memoriâ iuxta antiquas literas donauit patronatum Ecclesie in Medebach à Nobili viro Henrico de Brunnichusen acquisitum. Nobili item Abbatis S. Nicolai in Brawiler ad manus Godelsmanni de Fremmerstorff Abbatis liberaliter tradidit ius decimandi noualia in Asp, vt compensarentur damna superioribus scismatibus illata. *Huius rei testes sunt: Conradus maioris Ecclesie Præpositus & Archidiaconus, Gosuvinus maioris Ecclesie Decanus, & Archidia-*

A chidiaconus, Arnoldus S. Gereonis Præpositus, Gerardus SS. Apostolorum Decanus & Capellanus, Pelegrinus & Godefridus Notarij, Hermānus Marschalcus, Theodericus Dapifer, Bruno Pincerna, Sifridus Camerarius, & alij quam plures: Acta sunt hæc Anno Dominica incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, indictione octava, imperante Domino Friderico secundo, Anno Imperij eius primo.

Hoc anno Otto Frisingensis Episcopus cuius aliquoties mentionem fecimus, obiit, cui successit Geroldus eiusdem Ecclesiæ Canonicus. *Chronica Augusten.*

Otto Frisingensis.

B

Caput Quintum.

In quo Imperij & Henrici pueri cura S. ENGELBERTO commissa. Henrici item Coronatio & S. Viri Magnificentia, aliæq; præclara virtutes recensentur.

C Friderico Rege ab Honorio in Imperatorem coronato, cum intra-
set regnum Siciliae, audita Archiepiscopi sibi in Alemānia bene noti
probitate, per literas Imperiales regni negotia citra Alpes illi commi-
sit, Henrici filij sui eum constituens tutorem, & totius regni Romani
per Alemanniam prouisorem. Qui regni negotia non absque timore
suscipiens, Reipublicæ tam utilem & tam fidelem se exhibere studuit,
vt de contingentibus vel modicum, vel nihil negligeret, & inuidus, vbi
detractionis dentem figeret, in eius verbis vel actibus non inueniret.
Congregatis principibus, Henricum puerum Aquisgrani in Regem
consecrauit: quem nutriebat vt filium, & honorauit vt Dominum. *1. Mach. 10.*
Cum quo & sine quo diuersas regni partes perlustrans, tantam fecit
pacem, vt Augusti tempora crederes. Videntes huiusmodi virtutis o-
pera prædones & dissensionis amatores, gloriæ pontificis, sicut de Io-
natha legitur, inuidentes tabescebant: boni verò, & maximè negotia-
tores, ipsum laudantes & benedicentes Deum, pro concessa potestate
glorificabant. Die quodam mercator quendam Archiepiscopum Im-
perij, ipso audiente, pro fide publica per quædam loca diocesis eius
interpellabat. Quam cum ille dare renueret, nobilium siue militum
illic habitantium malitiam prætendens, gloriosus Archiepiscopus &

Imperii ne-
gotia ei de-
mandatur.

L

Dux

Dux Engelbertus, non Episcopo insultando, sed petenti compatiendo, ait: Dic mihi bone vir, audeſne te committere conductui meo? Respondente illo constanter, Etiam Domine: subiunxit Machabæus noster: Sume istam chirothecam, & si necesse habueris, pro signo ostendas: & si aliquid tibi vi sublatum fuerit, ego tibi omne damnum restituam. Et fecit sic, gratia signi, imo timore Episcopi, sua securus deducens. Sicut scriptum est de Iuda, Similis factus est leoni in operibus suis, & protegebat castra Israel, id est, bona Ecclesiæ sibi commissæ gladio suo. Natura leonis esse dicitur, vt prostratis parcat, & erectos inuadat. Nouerat leo noster, Machabæus noster, tum ex nobilitate naturæ, tum ex zelo iustitiæ parcere subiectis, & debellare superbos, Erat enim defensor afflictorum, & malleus tyrannorum, magnanimus & humilis, gloriosus & affabilis, rigidus & lenis, multa pro tempore dissimulans, & cum minus speraretur, ad vindictam se accingens. Acceperat autem cum Episcopatu gladium spiritualem, & cum Ducatu gladium materiale. Vtroque gladio rebelles coercuit, quosdam excommunicando, quosdam per militiam debellando. Sic Machabæus prius proprio in deiectione inimicorum deinde Apollonij gladio legitur pugnasse. Et quid eius laudi immorer, cum gloria, diuitijs & potentia, sicut de Salomone legitur, omnes supergressus sit pontifices, qui ante eum fuerunt in Colonia: excepto Brunone primo, cuius gratia Ducatus Episcopatus per Ottonem primum Imperatorem, cuius frater erat, additus est? In rebus exterioribus & fama sub nullo pontifice vsque ad diem hanc, tantum Ecclesia Coloniensis profecit, quantum sub Engelberto. Prædia plurima simul & feuda, Ecclesiæ diu subtracta, & à multis eius antecessoribus siue per torporem, siue per inuæletudinem neglecta, ipse per iudicium & sententiam recuperauit. Puto tamen, quod iudicio vel sententia modicum profecisset, si animi virtus & militiæ robur illi defuisset. Præter redditus Episcopales, post mortem fratris tenebat terram patris, de qua habebat ministeriales multos & redditus magnos. Ob quam causam Ducis Walrami, cuius filius Henricus filiam Adolphi Comitis duxerat vxorem, contra se non modicam excitaauerat inuidiam: sopita tamen omnia fuerant tali pacto interueniente, vt Dominus Episcopus, quoad viueret, teneret terram: ille vero ab eo singulis annis in pecunijs reciperet pensionem. Præterea feudis multis ac prædijs diuersis Ecclesiam Coloniensem ditauit & sublimauit, terminos eius ciuitatibus, castris & possessionibus ampliauit. Quædam

1. Mach. 3.

Præclare eius virtutes

Ibidem.

3. Reg. 3.

* Scilicet Lotharingia. Vt vult Chron. Mag. Belg. fol. 80. lin. 25. & 30.

Auget opes Ecclesiæ Coloniensis.

data ex his de nouo ædificauit, quædam renouauit, nonnulla pecunia comparauit. In quibusdam ciuitatibus & turribus suis, turrita fatisque pulchra construxit palatia. Henricus Dux Lotharingiæ & princeps Imperij, probitate præfulis attractus & illectus, & quia prudens esset in consilio, & validus in auxilio, quædam sua prædia, quæ hic nominare necesse non est, de manibus præfulis Engelberti iure feudali suscepit, tanto pontifici eiisque Ecclesiæ volens arctius adstringi, & bonis proprijs ab eo gaudens beneficiari.

Notatio ad Caput Quintum.

Godefr. At
Mutius lib.
20. Chron.
Moguntia
vult conuo-
catos Impe-
rij proceres.

Fridericus
S. Engel-
berto Hæ-
ricum filiū
committit.

S. Engel-
bertus
Prorex.

B Anno 1220. Fridericus Rex habitis Francofurti Comitibus & filio suo Henrico Principibus Imperij commendato in Italiam abiit, in festo S. Cecilie ab Honorio tertio Imperij diadema ritu solemniter recepit; inde in Siciliam iter fecit. Deinceps verò Henricum, quem Francofurti vniuersi Imperij principum fidei permiserat, præ alijs ENGELBERTI NOSTRI curæ cum administratione regni cis Alpes Imperialibus literis demandauit. Ideo vir SANCTVS apud Godefridū Panthaleonitā ad annum 1225. Regni Teutonici gubernacula tenuisse dicitur, atque in Augustisibus Chronicis vir magnæ prouidentie & tutor Regis audit. Cōfirmat id ipsum Leuoldus à Northoff in Chronicis Marcanis, Henricū, inquit, ENGELEERTVS Archiepiscopus Coloniensis Aquis in Regem coronat, ipsūque & totum regimen suscipit in tutelam. Non possum hic reticere pietatem S. ENGELBERTI, quam grauissimis etiam reipublicæ negotijs districtus, hoc eodem tempore omnium oculis subiecit. Videbat SANCTVS NOSTER à monasterio Porcetano disciplinam religiosam exulare, in eius restituendæ exardescere desiderio. Auctoritate ergo sedis Apostolicæ dissolutum Monasterium virginibus Cisterciensibus instituti ex monte Saluatoris plus minus quinquaginta adductis tradit, atque in eas totum ius transfert, ut refert Beckius in Aquisgrano c. 11.

L 2

Quæ

S. Engelb. Pacificus. Quæ porrò in hoc capite de pace firmissima (quo epitheto Godefridus *ad Annum 1225. S. item ipso anno 7. Id. Nouemb. circa finem vititur.*) terris Imperij ab eo conciliata, de chirotheca præsidii loco mercatori data, de defensione afflictorum & repressione tyrannorum; de magnanimitate, & animi submissione, magnificentia, & affabilitate; rigore iuxta & lenitate **SANCTISSIMI PRINCIPIS**, celebrantur, non existimet quispiam, hæc primum ab illo virtutum decora comparata, cum ad honorem eius curatio Henrici Imperatoris filii, Germaniæque administratio illi est commissa, quippe & antea in **Archiepiscopatu suo & Electoratu** harum virtutum ornamentis fuit excultus.

De pace à **SANCTO NOSTRO** promota in suis maximè prouinciis, etiam illo tempore rumor Hierosolymarum tenuis increbuit. Vnde iucunda illa Oliucri Scholastici sub finem literarum suarum de captura Damiatæ acclamatio. *Tu Colonia ciuitas Sanctorum vt que in hortis rosarum martyrum; liliorum virginum, violarum confessorum nunc pace temporali, per venerabilem Archiepiscopum vestrum gaudens habitas pro deuotione filiarum tuarum, flecte genua cordis tui coram Altissimo, qui vita & mortis habet imperium &c.* Sed pergamus ad reliqua.

Amplificator dice- Inter alia præclara facinora extollit Auctor studium viri **Sancti** in augendis opibus Ecclesiæ Colonienfis, recuperatione prædiorum simul & feudorum vel quondam Ecclesiæ de possessione deiectâ, occupatorum, vel per torporem aut **impotentiam neglectorum**, atque in adiectione nouorum bonorum etiam Ciuitatum ac Castrorum munitorum, aut demum in eorum facienda maiori accessione. Nam inter cætera castrum Turrinum nobili Germaniæ fluuio Mosellæ adiacens, latibulum prædonum, maximo Ecclesiæ Patriæque bono comparatum, Ecclesiæ Colonienfis posteritati reliquit. Ad eundem Beatissimi Præsulis feruorem etiam accensendus

Castrum Turrinū c-
mit **S. Engelbertus.**
Godefr. ad
annū 1225.
circa finem.

A sendus est Ecclesiasticæ libertatis defendendæ zelus, contra Aduocatos potissimum, quibus obsistere ab initio regiminis cœpit, nec vnquam imposterum desinit. Honorius Pontifex maximus zelum hunc trino diplomate insigniter acuit viamque ad futurum Martyrium strauit. Extant literæ Pontificiæ in Archæo Illustrissimi Capituli Metropolitanæ in palatio Lateranensi Kalend. & Id. Martij 1221. signatæ.

Zelus S.
Engelberti
contra Aduocatos.
1221.

B

Literæ primæ decretales Honorij Tertij contra Aduocatos iure clientelarj abutentes.



C



HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus. Archiepiscopo Coloniensi & eius suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem. Si Ecclesiarum Aduocati

Officium
Aduocatorum det
Schirmherren.

significatum sui nominis attenderent, vt deberent, studerent eas ob reuerentiam Aduocati cœlestis, cui speciali titulo sunt adscriptæ fouere beneficiis & viribus defensare, sed quod dolentes referimus nonnulli eorum habentes

NB. Sūma mala Ecclesiis illata fuerunt per Aduocatos, sed Aduocatos sua māsit à Deo vindicta, prout

D velamen malitiæ libertatem in bonis Ecclesiasticis in quibus aduocationis ius obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt vt prædones quod Ecclesiæ Coloniensis prouinciæ iugi-

L 3

ter

ex historijs
noſtræ Pa-
triæ poterit
demon-
ſtrari.

ter experiri coguntur, ſicut earum nobis A
transmiſſa conqueſtio patefacit. Quia igitur
zelus nos comedit domus Dei, Fraternitati Veſtræ per Apo-
ſtolica ſcripta mandamus: quatenus ſinguli proſequentes
proprium intereſſe, & quaſi collo vno & humero vno Eccle-
ſiarum onera compoſtantes Aduocatos ipſos vt contenti iu-
ſtis & ab antiquo ſtatutis ſtipendijs ab Eccleſiarum mole-
ſtijs conquieſcant, moneatis prudenter & efficaciter indu- B
catis: Quod ſi forſan veſtris monitis non acquieuerint ne
medicinalis Petri gladius in manu veſtra torpere rubigine
videatur, in eos iuxta quantitatem & qualitatem culparum
intendatis, & remittatis, appellatione poſtpoſitâ, rigorem
Eccleſiaſtica diſciplinæ; ita quod Eccleſiæ ab huiusmodi op-
preſſione reſpirent & Vos exiade mereamini apud Deum
& homines commendari. Datum Lateranen. Kalen. Martij C
Pontificatus noſtri anno quinto.

Secundæ literæ Honorij in Aduocatos Eccleſiarum.

HONORIUS Episcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabi-
libus fratribus..... Archiepiſcopo Coloniensi & ſuffra-
ganeis eius ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum
plerique Aduocati Eccleſiarum aduocationis obſequium
conuertentes in Dominationis abuſum, Eccleſias ipſas op- B
primant & affligant: Fraternitati Veſtræ per Apoſtolica ſeri-
pta mandamus quatenus Eccleſias veſtrarum Diceceſium
humano amore ac mundano timore poſtpoſitis ab Aduoca-
torum vexationibus taliter defendere ſtudeatis, quod per
ſtudium veſtrum à ſuis poſſint anguſtijs reſpirare, Noſque
ſollicitudinem veſtram commendare merito debeamus. Ad
Aduocatiæ
vacantes
inhibentur
conferri.
hæc ſi quas Aduocantias vacare contigerit, expreſſè inhi-
beatis

A beatis Ecclesiis, ad quas spectant ne illas conferre præsumant, sed suis curent vsibus applicare: illud districtius inhibentes, ne vna Ecclesia plures Aduocatos assumat, cum ministerium Aduocatorum huiusmodi quod ad Ecclesiarum tranquillitatem noscitur, fuisse prouisum, ad vexationem ipsarum per eorum vsurpationes constet esse conuersum. Datum Lateranen. Idus Martii Pontificatus nostri anno quinto.

B Tertiæ eiusdem Pontificis literæ quibus inhibentur Aduocatiarum oppignorationes.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus.... Archiepiscopo Colonien. & suffraganeis eius & dilectis filiis, aliis Ecclesiarum Prælati per Colonienf. Prouinciam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sæpe contingat aduocatos, Aduocatas quas in Ecclesiis obtinent, aliis titulo pignoris obligare, in Ecclesiarum ipsarum non modicam læsionem nos idemnitati Ecclesiarum nostrarum paterna volentes sollicitudine præcauere Vobis præsentium auctoritate concedimus vt si aduocati Ecclesiarum vestrarum aduocatas suas vobis obligare voluerint pignori, vos eas recipere valeatis nec fructus prouenientes ex eis in sortem teneamini computare. Hi autem qui eas obligauerint, à seruitio in quo vobis pro Aduocatijs tenebantur, interim sint immunes. Datum Lateranen. Kal. Martii anno Pontificatus nostri quinto.

Videtur Aduocatorum insolentia non solum in Dicecesi Colonienfi, sed & alibi in Germania valdè eo tempore inualuisse, vt non immeritò in eisdem insurrexerit Honorius Pontifex. Anno enim 1220. Conradi comitis Syluestris de

Aduocati
vbi ius ad-
uocationis
prætendunt
nō possint
oppignora-
rationes
facere.

Aduoca-
torum in-
solentia.

de Dunen vulgo Wiltgraff caput Sifridus Moguntinus Archiepiscopus diris deuouit, eiusque territorio, quàm longè A comitatus fines pertinent, sacrificiis interdixit, quod Aduocationem in Reimbach reclamantibus Henrico Præposito, Canonicisque maioris Ecclesiæ Moguntinæ sibi arrogasset. Verùm hoc pacto sibi reconciliantur, vt comes receptis à Canonicis centum marcis argenti abdicet se aduocatione. *Hæc Pater Serrarius in historia Moguntina.*

*Vide Caesar.
lib. dial. 2.
c. 26. & cap.
27. refert de
alia Iudæa
baptizata in
Lintz ad
Rhenū circa
ann. 1219.*



B. Catharina Coloniensis, puella Iudæa conuersa tempore S. Engelberti

Hoc tempore puella quædam Hebræa, B per cultum Deiparæ mirabiliter ad fidem Christianam, & ad virginittis seruandæ propositum inducta est. Quinquennis enim Coloniæ in domo Parentum ad Christianos C affici cœpit. Beatæ

que Mariæ nomen magna cum lætitia audire gestiebat, ideoque de mensa parentum panem latenter surreptum pueris mendicis Mariæ nomen vsurpantibus erogabat. Deinde Louanium cum Parentibus veniens, à quodam presbytero Raynerio, qui Duci Louaniensi à sacris erat, fidei Christianæ articulos clam edocta, tantâ eos auiditate excipiebat, D vt Raynerus & quædam pia mulier vix eius desiderio satisfacere possent. Quibus auditis, parentes eam in Prouinciam transrhenanam mittere sponsoque educandam committere decreuerant. Id puella Presbytero indicauit, adiecitque, si eam saluam vellet, vt eadem nocte ipsam raperet, & Christianis imbueret sacris. Mansit ea nocte in domo parentum, oblita eorum, quæ cum Presbytero condixerat. Tum dormienti

A mienti S. Deipara in veste candida apparuit, virgamq; splendidâ illi porrigēs præcepit: Surget, inquiēs, Catharina, & iter arripe: grandis enim tibi restat via; Rachel virgam prehendere credens, è lecto cecidit, & expergefacta Presbyterum adiuit, à quo ad monasterium virginum Cisterciensis instituti, quod Pratum Dominicum dicebatur, dimidia leuca à Louanio disiunctum adducta, Sacro baptismi fonte abluta nomen Catharinæ à Dei Matre sibi impositum & habitum Monialium assumpsit. Egerunt parentes apud Hugonem Leodiensem

B Episcopum & Honorium Summum Pontificem, vt ad duodecimum vsque annum in eorum domo educaretur. Cæterum ipsa septennis coram Episcopo causam suam ita sapienter & constanter egit, vt aduersarios omnes rubore suffuderit & ad monasterium reuerterit. Submiserant parentes Iudæum quendam adolescentem, qui simulato fidei Christianæ desiderio baptismum susceperat, petieratque, vt cum ea quasi cognatâ de rebus fidei liceret differere; at illa fraudem

C odorata, subdolum impostorem contempsit, neque aspectu dignata est, illud ad imaginem Deiparæ, cui genua submittebat, sæpius prolocuta; Ego paupercula, pupilla & indigna ad te Dominam meam & cognatam accedo, Tu sola præ omnibus esto mihi refugium & solatium. His tentationibus opere D. Virginis depulsis, in eodem cœnobio sanctam vitam

D duxit. *Thom. Cantipratan. lib. 2. cap. 29. p. 14.* Hugo vero Leodiensis Episcopus quod non nihil parentum Iudæorum voluntati concessisset, in prouinciali Colonienfi Synodo, post institutam apud S. ENGELBERTVM accusationem, acerbis verbis castigatus, ex inhibitione SANCTI nostri parthenoni amplius propter puellam iam Christo dicatam molestus esse desinit teste *Casario lib. 2. cap. 26.* Hinc elucet, quantus fuerit viri sancti ardor in tutanda immunitate personarum & locorum Sanctorum.

S. Engelbertus
Leodiensē
Episcopū
in synodo
corrigit.

S. Engelb.
immunitatem Ecclesiasticam
tuetur.

M

Salu-

Decretū S.
Engelberti
de custo-
dia sacrorū
vasorum.

*Casar. lib. 5.
dial. 6. 21. etiā
refert ad an-
nū 1222. de
sacrilegijs a-
pud Traiectū
inferius.*

Sinodus
Engelber-
tina.

Dominica-
ni & Fran-
ciscani Co-
loniē sub
S. Engel-
berto.

*Vide infra
cap. 7. lib. 1.*

Saluberrimum quoque his temporibus de-
cretum à Pontifice nostro vigilantissimo circa
clausuram tabernaculi, quo sacra reponitur ho-
stia, in synodo Diœcesana prolatum emanauit.

Occasionem huius decreti in hunc sensum e-
narrat *Casarius lib. 9. de Eucharistia cap. 52.* Haud
adeo longum est, cum quidam sub specie religionis visitan-
tes Diœcesim Colonensem, ex diuersis Ecclesijs sacram fu-
rarentur hostiam: de reliquis ornamentis, calicibus scilicet,
libris siue indumentis sacerdotalibus nihil solliciti. Prouin-
cia nostra ab Horum vno in scelere deprehenso, atque vbi-
nam venerabile Christi corpus reliquisset, rogato, responsum
abstulit, in lutum se illud abiecit, ideoque infelix arbor mi-
sero suspendium præbuit, vnde in stygias deturbatus est pa-
ludes. Proximâ vero superiore synodo à D. ENGELBERTO
Episcopo in mandatis datum est, vt in omnibus Diœcesios
suæ templis, venerabilis hostia conclusa seruetur:] Qui ve-
ro huius synodi à Sancto ENGELBERTO celebratæ decreta
non exstant, nec dabitur mihi etiam, rem gestam suis anni
temporibus adscribere? Ex Casario tamen licet colligere,
illam hoc vel sequenti anno contigisse: Quod proximè con-
uentus ille fuerit celebratus ab anno 1222. quo ille libros de
miraculis comprehensos sub distinctionum titulo, cuius cō-
plexu & hic de Eucharistia elaboratus continetur, elucubra-
uit. Non autem proximè diceretur celebratus, nisi vel 20.
vel certè 21. anno contigisset.

Hoc eodem anno Patres Prædicatores Coloniam ingres-
sos, à B. ENGELBERTO ardenti charitatis affectu susceptos
esse, Chronographus Colonensis, & manuscriptus Brawi-
lerensis testatum reliquerunt: vnde huic & sequentibus tri-
bus annis adscribenda sunt, quæ de SANCTI nostri patroci-
nio, quo religiosi Patres institutorum SS. Dominici & Fran-
cisci



A

B

C

D

A cisci vsi sunt, afferuntur à Cæsario. Hic verò inferui, vt sua Chronologiæ constet ratio. His iisdem temporibus SAN-
 CTVS noster publicis regni cisalpini negotijs illaqueatus, Hermannum Bonnensem Decanum, & Godeschalcum Ca-
 nonicum eiusdem Ecclesiæ, Romam ad impetrandam rela-
 xationem vinculi crucis ablegavit, sed frustra. *Vide Cæsarium*
lib. 3. dial. cap. 33. Adeo tenax erat concepti de liberandâ terra
 sancta propositi Honorius, vt & Archiepiscopû Duceceten
 Regium seu Regis Regniq; curatorem, & administratorem
 B hac obligatione soluere detrectarit, Maiorum scilicet exem-
 plo, qui Imperatores ipsos, supremos Ecclesiæ in terris ad-
 uocatos, haud vnquam stimulare destiterunt, quin ab ijs lo-
 cus, (in quo versatus ille, qui cum esset Deus, non rapinam
 arbitratus est formam serui ad nos liberandos accipere,) à
 spurcitie & barbarorum impietate purgaretur. Sed & hic
 quanta viro sancto religio fuerit, videre est ex publicæ rei ad-
 ministracione, eiusque impedimentis, quibus se nihil excusa-
 C tum credidit, vt eapropter ad illum, cui potestas est ligandi
 & soluendi datâ legatione perfugeret. Et quamuis hæc ipsius
 ad Honorium legatio de obligationis dissolutione tunc fue-
 rit inanis: Hoc tamen effecit, vt eius obligatio crucis, aucto-
 ritate Pontificiâ commutaretur, quemadmodum constat
 ex his, quæ libro 2. c. 8. editionis Surianæ omissa ex msc. re-
 stitui, vbi id apertè traditur his verbis: *propter necessitatem com-
 mune detentus, Domino Papa Honorio dispensante, pro se milites
 misit, cum sumptibus magnis; Quin imò & ante mortem B. Martyr
 D renunciare negotijs regni proposuerat, & pro peccatis suis Personaliter
 transfretare.]* Hactenus illic; Deinde non incongruè & illud
 pro viri sancti expurgatione, si quod forsân vinculum ob-
 susceptæ crucis obligationem, sed non solutam, inhæsit, v-
 surpare possumus, quod B. Augustinum de Cypriano marty-
 re dixisse S. Thomas 3. part. quest. 64. art. 9. ad 2. testatur: vt

Relaxatio
vinculi S.
Crucis pe-
titur à S.
Engelber-
to.

Zelus Pon-
tificius.

Religio S.
Engelberti

Dispensatio
super cru-
ciata.

charitatis, quâ excellebat, luce, obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. A

De Ducatu
Lotharingico.

Cæterum quod in capite 5. refertur industriâ B. Brunonis & liberalitate Ottonis primi Ducatum Episcopatus Coloniensis accessisse, de eo fusè copiosèque in notis ad vitam Brunonis: quas suo tempore Lector videbit.

Confœderatio Lotharingica cum Ecclesia Coloniensi.

Quæ verò sub finem c. 5. attexuntur de fœdere Henrici Lotharingæ Ducis icto cum Sancto nostro, & de feudali iure, quo idem Sancto nostro obligatus erat, illustre de ijs profert in tabulario testimonium, quod vt suprâ in notis ad annum 1217. c. 3. quo ex serie temporis propriè spectabat, promisi, hic, secutus auctorem nostrum, affero. Est autem huiusmodi. B

Henricus Dei Gratia, Dux Lotharingæ vniuersis præfens scriptum intuentibus salutem in Domino. Ne rei gestæ finem consumat obliuio, solent ea quæ acta sunt literarum indicijs æternari. Inde est quod notum facimus præsentibus & futuris, quod ab antiquo inter Nos & terram Nostram ex vna parte, & Episcopum Coloniensem & Ecclesiam ex altera parte confœderata est dilectio & confirmata confœderatio, vt nullæ aliorum hominum amicitie vel discordiæ possint huius dilectionis indissolubile vinculum dissipare. Nos igitur hanc amicitie confœderationem innouare & corroborare volentes, de consilio hominum nostrorum Domino nostro ENGELBERTO Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ electo promissimus iuramento firmantes, quod ipsi ad conferuanda iura & libertatem Ecclesiæ suæ, cui ratione hominij sumus obligati, contra omnem personam fideliter assistemus, ipse quoque Nobis vice versa pollicitus est iuramento, quod Nobis in iure nostro contra omnem hominem suum efficaciter auxilium impendet. Ad huius igitur facti robur ac euidenciam, fecimus conscribi hanc paginam, & sigilli nostri appositione communiri. Testes sunt Gerardus comes Geldriæ, Walterus Bertolt & Ægidius frater suus, Arnoldus de Dyft, Leonius Castellanus Bruxellensis, Goswinus de Gorenkurt, Arnoldus de Walheim, Rubinus de Tillimunt, & alij quam plures. Acta sunt hæc Colonia, Anno Dominicæ incarnationis 1217, 3 Nonas Iulij. C
D

Testes fœderis Lotharingici.

Fuit

93 Henricus
Antwerpiensis
Marchio.

A Fuit hic Henricus Dux Lotharingæ inferioris & Brabantia, quin & Marchionis Antverpiensis titulo insigniebatur, de quo qui accurate multa desiderat, is D. Miræi Stemmata, donationes & diplomata Belgica lustret.



B Quas vero S. ENGELBERTVS Henrico dedit mutua fidei suæ literas, his conceptæ sunt verbis.



Literæ fœderis S. Engelberti

ENGELBERTVS Dei Gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Electus, omnibus præsentem chartulam inuentibus salutem in Domino. Ad omnem dubietatis scrupulum resecandum vniuersorum notitiæ præfenti scripto cupimus declarari,

quod Nos vinculum amicitia indissolubilis inter Ecclesiam Coloniensem & Henricum Ducem Lotharingæ, suosque progenitores ab antiquo habitæ, innouare inuicem & corroborare volentes, ipsi de consilio Priorum & fidelium nostrorum, promissimus iuramento firmantes, quod contra omnem hominem..... assistemus eidem, utpote dilecto & fideli Nostro, de cuius fidei puritate certa colligimus & certa habemus argumenta, Ipse quoque præsentibus tam nostris quam

Quam fuerit
continuum fœ-
deris Ecclesiæ
Coloniensis
cũ Brabantiis
Vide pag. 29.
47. & 41.
huius opus-
culi.

D Suis fidelibus versa vice nobis pollicitus est, iuramento quod Nobis ad conferuanda iura & libertatem Ecclesiæ Coloniensis erga quamlibet personam auxilium suum efficaciter impendet. Ad huius igitur facti robur, & euentiam præfenti pagina sigillum Nostrium & Ecclesiæ Coloniensis fecimus appendi. Testes sunt Theodericus maior Præpositus, Conradus maior Decanus in Colonia, Gerardus Præpositus SS. Apostolorum, Gerardus Præpositus S. Mariæ de Gradibus, Gerardus comes Geldriensis, Adolphus comes de Altena, Otto de Wickerode, Gerardus de Randerode, Hermannus Aduocatus Coloniensis,

Testes fœderis à S. Engelberto initi.

sis, Hermannus Marschalcus de Aluette, Theodericus Dapifer, Bruno Pincerna, Franco de Rothe, & alij quam plures. Acta sunt hæc Colonia, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo ducentesimo decimo septimo tertio Nonas Iulij.

Donatio Honorius Papa, diplomate Verulis sub hunc annum dato, ratam habuit donationem villæ Aschat, quâ S. ENGELBERTVS Monasterium Capellense ditauerat: Hanc tamen ipsam nouo postmodum contractu Capitulum Metropolitanum sibi acquisiuit. Infelix huius anni autumnus occasionem dedit Ioanni Hierosolymorum Regi ad Honorium prius, deinde ad S. ENGELBERTUM Germanici Regni Administratorem perfugiendi, vt etiam ex Cæsario, sequenti Capitulo videbimus. Ad diem siquidem octauum Septemb. Cruce signati in Ægypto Damiatam amiserunt, atque vniuersa Ægypto, magna cum ignominia Christianorum excesserunt. Ita cesserat consilium Pelagij Sedis Apostolicæ Legati, suadentis Cairum, seu Memphim vel Babyloniam Urbem Regiam occupari. Detrectabat id quidem Ioannes Brennus Hierosolymorum Rex, quòd non ad expugnandam Ægyptum, sed Palæstinam recuperandam milites conscripsisset. Verum metuens diris caput suum deuouendum, cum 70. hominū millibus, Idibus Quintilibus Cairum profectus, vbi Sultanus copijs suis diuisis viarum aditus, quibus Cruce signati transierant, adeo insedit, vt cum omni commeatu aduehendo, tum subsidio ferendo prohiberentur: à milite nostro hostis sæpè ad pugnam lacessitus eam subterfugit. Tum tacto Nilo cataractisque obiectis aqua terram inundans post duorum mensium interualum equis nostris pabulum negauit, omniaque in castris stramenta destruxit. Ad hæc milites nostri re frumentaria laborare

Donatio
Esch per S.
ENGEL-
BERTVM.

Cruce si-
gnati no-
stri perdūt
Damiatam
in Nili
ostio vibē.



A rare cœperunt; Vix enim quo triduum victitarent, reliquum habebant: Vnde sacrum inter & Saxum hærentibus nec locus relinquebatur ab aquarum inundatione, nec Damiatam reditus patebat, hoste omnes vias obsidente: nec animus erat amplius cum hoste congregiendi. Mirabile dictu, cum nostri

B iam ab infidelibus quasi capti tenerentur, Sulthanus ad Regem atque Apostolicum Legatum missis nuncijs pacem obtulit. Tandem post multa, in hoc conuentum, vt Christiani urbem Damiatam Sarracenis restituerent, & Sulthanus partem Crucis Dominicæ ab Hierosolymis absportatam Christianis redderet, & captiuis vicissim liberatis, Christiani Acam, Tyrumque redirent, quibus urbibus earumque opibus pax 8. annis esset cum Turca Sarracenoque seruanda.

Præterea Sulthanus cognita illorum inopia illis liberaliter subuenit, donec Damiatam attingerent, quam die Natiuitatis Deiparæ cum cæteris reliquere, & iuxta fluuium in tentorijs confedere. Cui multitudini in Palæstinam deuehen-

Beneuolentia hominis Barbari in hostem.

C dæ cum naues non sufficerent, ipsemet Sultanus dato filio suo securitatis obside, naues suppeditauit, quibus irent in Palæstinam. Christianorum verò Duces conuasatis omnibus in Italiam rediere, quos Ioannes Brennus, dispositis, vt potuit, rebus, subsequutus, perbenigniter ab Honorio susceptus, magnisque muneribus ornatus est. Refert paulò aliter Godefridus, nimirum: ex quotidianis velitationibus plurimos Gentilium cecidisse, paucis Christianorum desideratis, ideoque ira accensos gentiles septingentas & quinquaginta Christianorum naues cum hominibus & omni penu, græco igne combussisse, nostros verò continuis hostium incurfibus & aquarum inundatione fractos cum Soldano conuenisse, vt Christianis ab ipso, vel fratre eius Coradino captis libertati suæ restitutis, ipse reciperet Damiatam. Annuit Soldanus redditisq; Christianis Damiatam recepit. Subijcit

Gode-

Godefridus: Ex hoc liquet certissimè peccata in hanc miseriam Christianos traxisse: quod prius Soldanus eis obtulerat se Regnum Hierusalem restitutum, urbem instauratum, Damiatam relicturum cum adiacente regione ad 20. milliaria, ne ulterius in terras suas irruerent.

1222. Anno 1222. VIII. Id.
Coronatio Maij, quæ fuit Domini-
Regis Ro- ca ante Ascensionem Do-
mani Hen- mini) S. ENGELBER-
rici VII. TVS Henricum eius
per S. En- nominis septimum, ad-
gelbertum. huc puerum decennem

Friderici Secundi filiū,
Henrici Sexti Nepo-
tem, Friderici Barba-
rossæ Pronepotem, cu-
ius ipse curam gerebat,
in consortem Paterni
Imperij, Regijs insigni-
bus & honore apud A-
guas Graneas inaugu-
rauit. Magnates qui so-
lennitati adfuerunt, re-
feruntur à D. Miræo in

donationibus Belgicis, c. 93. in literis priuilegiorum Henri-
co Lotharingæ & Brabantia Ducis ab Henrico Rege con-
cessorum: Sifridus Moguntinus, ENGELBERTVS Colo-
nienfis, Theodericus Treuirensis Archiepiscopi, Conra-
dus Metensis, & Spirensis Episcopus Imperialis Aulæ Can-
cellarius, Episcopi quoque Herbipolensis & Augustanus,
Magnates qui coronationi interfuerunt.

NB. Comes
de Marcka.

Hugo Leodiensis Episcopus teste Aegidio aurea vallis Monacho,
Godefridus comes de Dyst, comes Palatinus Rheni, comes
Ludovvicus de Wertenberge, Adolphus comes de Marcka,
Fride-



B



C

Fridericus comes de Altena, D. de Hinsberg, Lotharius comes de Hochsteden, comes de Castele, Henricus Dapifer de Walpurg, Pincerna de Syp (*Forsan Scipfen*) Wernerus Bolland, Gerardus de Senceka &c. *Fallitur ergo fragmentum M. Alberti Argentinensis Chronicis præfixum, quod vult Henricum puerum diademate redimitum ab Ottone Herbipolensi Episcopo electo, ipsiusq;*

Attendariensiū priuilegia per S. Engelbertum.

ENGELEERTVS quoque noster pro sua erga subditos beneuolentia, & studio suæ Diœcesis amplificandæ, oppidum Attendariense nouis aggeribus hoc anno circumuallauit, eiusque loci incolas Susatensibus exæquauit. Extat eius rei diploma, quo ait: *se ex suscepti regiminis officio omnium in Diœcesi & Ducatu suo constitutorum defensionis & commodis intendere, ampliori attamen sollicitudine eorum promotioni ac quieti instigare, qui Ecclesiæ Colonienſi propensiori fidelitatis nexu fuerint astricti, obligatum esse.* Ideoque à propensiori in Ecclesiam Colonienſem voluntate ciues Attendarienses sibi commenda-

NB. Susatenses tum parentum S. Engelberto quod infra libr. 2. c. 2. deducatur latius.

tos & vallis & iure ciuitatis Susatensis donat atque honorat. Alij quoque per Diœcesin hoc tempore beneuolum Sancti nostri animum experti sunt. Nam apud Susatenses Xenodochij patrociniū suscepit. Deinde Benedictæ, Sanctarum vndecies mille Virginum Colonia Antistiti, *coram Sculteto, vt inquit literę, & Scabinis in Kempene Cerecensuales Hagenses cessit.* Qui Cerecensuales dicantur, notabo ad caput septimum huius libri. Cessionis testes nominant tabulæ, *Theodericum Lyschanek, Henricum VVelbecke, Hermannum de Hulsen, Theodericum de Kurck, Ioannem de Handen, Henricum de Garpaphen, & alios.*

Hospitale Susatense per S. Engelbertū.

Collegium 11000. Virginum honoratur à S. Engelberto.

Caput Sextum.

Quo affectus Regum Hierosolymitani, Francia, Anglia, Bohemiaque Daciaq; in S. Engelbertum ob virtutes, Barbaris etiam ab his iniectus timor, & in subditos viri Sancti Clementia describuntur.

N

IOAN-

Rex Hie-
rusalem,
Ann. 1224.
vt habet
Godef.
Monach.

2. Par. 9.
Alique
multi Re-
ges.

3. Reg. 10.

Matth. 5.
Non vult
grauare
suos exa-
ctionibus.

IOANNES Rex Hierosolymitanus propter eum, & cum eo Colo-
niam diuertit: vbi tam magnificè susceptus est, vt tam eius, quam ciui-
tatis gloriam admirari non sufficeret. Quod dictum est de Salomone,
qui regnavit in Hierusalem, quod Reges terræ desiderauerunt videre
faciem eius, & audire sapientiam eius, & obtulerunt ei munera: etiam
de ipso exponi potest. Cognita eius sapientia atque potentia, & quod
potentior esset imperio, Reges terræ Franciæ scilicet & Angliæ, Daciæ,
Bohemiæ & Hungariæ, miserunt ei munera in auro & argento, gem-
misque preciosis eius adspectu & colloquio vel pro amicitia compa-
randa, vel pro diuersis causis & necessitatibus vti desiderantes. Hæc
quæ à me in eius laude scripta sunt, qui legerit, & illius gesta viderit, di-
cere poterit, quod regina Saba Salomoni dixit: Probavi, inquit, quod
media pars mihi nūciata non fuerit. Maior est sapientia tua & opera, quā
rumor, quem audiui. Fama nominis eius & operum iam vsque ad exte-
ras nationes peruenerat, & timebant eum Sarraceni. Cui nomen Salo-
monis reuera congruebat, eo quod esset multum pacificus, pacem di-
ligens, & pacem faciens. Gratia pacis reformandæ neque expensis, ne-
que corpori pepercit. Vnde si beati pacifici, imo, quia beati, & ipse
beatus est. Qui cum aliquando argueretur à religiosis, quare exactiones
faceret in populum sibi subiectum, humiliter se excusauit, culpam
recognouit, dicens sine pecunijs pacem se non posse facere in terris.
Tempore quodam de tali materia conferens cum magistro Ioanne
Abbate sancti Trudonis, aiebat: Magister, nostis quid facere cogitaue-
rim? Respondente illo, Non Domine: subiunxit: Super omnes redditus
meos duodecim scultetos ordinare disposui, vt illis cæteri administra-
tores rationem reddant, & ex illis duodecim singulis mensibus singuli
mihi meisque administrent, & ita non erit necesse, vt aliena rapiam, siue
per exactiones aliquem grauem.

Caput Septimum.

*De septem donis Spiritus Sancti quibus S. Engelbertus ditatus
fuit.*

Testimo-
niū Cōfes-
sarij eius
de illo.

DITAVERAT illum gratia diuina, secundum vsum exteriorem, spiri-
tu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu
scientiæ & pietatis, nec deerat ei spiritus timoris Domini. Secundum
vsus exteriorem dixi, eo quod spiritualiter sine charitate haberi ne-
queant.

A queant. Statum eius interiorem Deus nouit. Sed & quidam ex eius Capellanis, qui conscientiam eius nouerat, de ipso cum Abbate nostro conferens, sic ait: Licet Dominus meus secularis habeatur, non tamen intus talis est, qualis foris apparet. Sciatis eum multas occultas consolationes habere à Deo. Erat enim sapiens ad omnia, & intelligens. Sapienter ad omnia respondit, & quid quisque dicere uellet, facile intellexit. Cum uenissent Coloniam fratres de nouo Ordine Prædicatorum, nec non & fratres, qui dicuntur Minores, & graues quidam eis essent ex Clero, eisque coram Archiepiscopo Engelberto diuersa obijcerent, illos acculando, respondit: Quamdiu res in bono statu est, stare **B** sinite. Cumque instarent tam primores, quam plebani, & dicerent: Timeamus ne isti sint illi, de quibus Spiritus sanctus per os beatæ Hildegardis prophetauit, per quos Clerus affligetur, & ciuitas periclitabitur: uerbum notabile respondit: Si diuinitus prophetatum est, necesse est ut impleatur, quo uerbo compescuit omnes. Spiritu consilij sic abundabat, ut in consilijs dandis esset prouidus, & in responsionibus tam promptus, ut consiliarij eius sua paruipendentes consilia, mutuo dicerent: Dominus noster consilium suum in crumena sua portat. Spiritu fortitudinis ita pollebat, ut neque minis frangi, neque blanditijs facile **C** flecti posset, os habens agninum, & cor leoninum. Hinc est, quod cum Dominus Conradus Episcopus Portuensis, & tunc temporis in Alemania legatus, diceret prædicto Abbati Ioanni: Vnde est, quod Dominus Coloniensis ita timetur? respondit ille: Ex quadam gratia speciali Dei est. Spiritus scientiæ illi non deerat: quia tanto rationis uigebat acumine, ut prudenter inauditas & difficiles solueret quæstiones: quod, multo literatiores eo, facere non poterant. Cui etiam spiritus pietatis tantus inerat, ut, si in turbis positus, consideraret ex remoto **D** Pauperem sibi loqui uolentem, nutu, siue per nuncium, illum uocaret, & querimonijs eius cum multa patientia perauditis, efficaciter expediret. Hoc sapius illi contigisse certum est. Quam pleno sinu necessitatibus afflictorum sit compassus, subiecta declarant exempla.

Dominicani Fraciscani initio quid passi sint à Clero. Prudens eius responsum.

Præclarum Dei donū. Rara uirtus.

Notatio ad Caput Sextum & Septimum.

VT accuratè temporis seriem attexam, utriusque capitis 6. & 7. Scholia coniungo. Cæsarius enim de materiâ,

N 2

non

non de tempore laborans, quædam capite septimo recensuit, A
tempore priora ijs, quæ capite sexto enarrantur.

9. Reges Daciæ.

1223.

Crantzius
lib 7. Saxo.
cap. 38.

Reges Da-
niæ captiui

Godofrid.

Anno reparatæ salutis supra millesimum ducentefimum, vicesimo tertio, ab Henrico Iuniore Rege, Northusij, *vel ut volunt alij, Barduici*, curia principum celebrata est: Vbi testibus Godofrid. & Crantzio. S. ENGELBERTVS Colonienfis Archiepiscopus de Rege Daniæ multum laborauit, vt vinculis solutus in libertatem pristinam affereretur, sed nihil obtinuit.

Henricus enim Zuerinensis comes, deturbato Ioanne Gantz ex arce sua Grabou, Daniæ Regem Waldemarum (cum quo id Ioannes ex fuga sua conquestus fuerat) à se abalienauerat, ideoque iussu Regis per Albertum comitem de Orlemundo vicissim quibusdam sibi subiectis arcibus fuerat exutus. Atque vt publica accepta fide in Daniam, Regi vt reconciliaretur, profectus, graues reconciliationis sibi constitutas abstulerat conditiones, easque seruatū difficiles; obseruauit tempus, quo ruri in insula Luithe, dilapsis, præter vnum vel alterum, in venatione (non verò in castris, quod per id temporis pacata omnia tenebantur) Regijs stipatoribus, Regem ipsiusque filium Regni successorem designatum, & diademate coronatum, in tentorio cum suis comprehensum, faucibus oclusis manibusque constrictis in nauim haud procul illinc disunctam, sed proximam abduxit. Ita Regem noctu eremigans, nemine sentiente, vinculis cohibitum, nauigio suo auexit in Saxoniam, atque in munitissima arce Dannenberg diligenti custodia septem tenuit, donec post biennium extincto S. ENGELBERTO 45. marcarum argenti millibus, præter alia alijs amicis collata munera, se captum redimeret. Cepit ex captiuitate hac Regis Adolphus Iunior comes

A comes de Schovvenburg ope & auxilio parentis sui, Gerardi
 Bremensis Archiepiscopi, Henrici de Zvverino & Henrici
 de Werle comitum, atque aliorum, occasionem recuperan-
 di patriam trans Albim terram, quam Rex Waldemarus an-
 no superiore 1204. occupatam Alberto comiti de Orle-
 munde commiserat, ipsiusque fidei mandauerat. Albertus
 quidem infestis Adolphi Junioris signis, signa intulit obuia,
 sed subsidio destitutus, in prælio ab Henrico Zvverinensi co-
 mite fuit interceptus, ac cum Rege Daniæ auunculo suo in
 B custodijs biennium asseruatus. Rex ære se suo redimens, prior
 emissus est è custodia & vinculis leuatus. *Crantz. 7. Sax. 38. 39.*
 Hinc falli videtur Godefrid. qui vult ad annum 1224. post
 natalitia Domini Nostri celebrata, ab Alberto Orlemun-
 de, cum Henrico comite castri cuiusdam obsidionem ad eius
 aduentum soluente, ducto in ipsum exercitu, multoque v-
 trinque fuso sanguine ac multis desideratis ab hora diei pri-
 ma vsque ad vesperam Regi liberando fuisse certatum. Quo
 C in certamine ipse Albertus cum pluribus Nobilibus in ar-
 cem Dannenberg captiuus sit abductus. Nam bellum ab Al-
 berto non susceptum recuperatorium, de Rege recipiendo,
 vt hîc intendit Godefr. sed tantum defensorium contra A-
 dolphum, omnia trans Albim recuperantem, vt auctor est
Crantzius d. loco. Haftenus de Regis Dani captiuitate &c.

Olinghau-
 sen prope
 Arnsberg-
 s. Engel-
 berti per-
 petuus ze-
 lus contra
 Aduocatos

D Tabulæ archiui Olinghausani in Westphalia monasterij
 piû S. Engelberti in ipsum asceteriû, affectû produnt, quod
 inquit: *quemadmodû, annis superioribus nimirû octauo à Brunone
 & nono à Theoderico Colonensium Archiepiscopis, nonnulla plantatio
 Pramonstratensium in Olinghausen sub alas paternæ protectionis con-
 tra Aduocatos suscepta fuit, ita antecessorum suorum præclaris insistentibus
 vestigijs Sanctus noster ENGELBERTVS eiusdem congregationis
 Olinghausanæ clientelam hoc anno suscepit, & ab omni onere & con-
 ditionis consuetudine Aduocati alicuius vel aliquorum Aduocatorum*



*exemit, auctoritate sua decernens, vt ad ipsum tantum, ipsiusque A
successores in posterum perpetuum respectum habeat, ac locus cultui
Diuino destinatus ab vniuersa secularis potestatis cura liber, in lau-
dem & gloriam Redemptoris nostri exsurgat.*

Hoc eodem anno S. ENGELBERTVS quædam sub Phi-
lippo alijsque suis antecessoribus composito seu ex pacto fa-
cta inter Ecclesias in Hustene & Olinghaussen approbavit,
litteris à se datis, quarum initium & finem hic subiicio.

*Officij nostri ratio deposcit, vt iura Ecclesiarum nostræ Diœcesis ab B
antecessoribus nostris ad nos rite deuoluta, integra conseruemus, & ra-
tionabiliter emendata pro temporum veritate corroboremus.....actum
Anno M.CC.XXIII. Indictione XI. quinto Nonas Martij, die
Dominicâ publicè in Capella Gosvini Susatiæ presidente Apostolica
sedi Domino Honorio Papa tertio, Regnante inuictissimo Romanorum
Imperatore, Domino Friderico semper Augusto, presentibus Henrico
S. Seuerini Colonien, Thoma Sosatiensis Præpositis, Erpone Decano,
Rudolpho Scholastico, Gerardo custode, Hartardo Cellerario, Henrico C
Camerario, Ioanne Tiderico, Canonicis Sasatiens. Ludolpho S. Cecilia
Canonico, Rudolpho Priore, Alberto in Olinghausen, & alijs quam plu-
ribus feliciter, Amen.*

s. Super omnes redditus meos.

Capite sexto meminit Cæsarius duodecim Præfecto-
rum, quos constituere decreuerat S. ENGELBERTVS: quod
vt inquit Roleuinck: vtrique fecit ad exemplum Diœcesis Mona- D
steriensis in Westphalia, quæ in substantia temporalium deputatos
habet à prima fundatione duodecim maiores officarios cum cu-
rijs suis distinctis, partim Ecclesiæ partim ciuitatis Monasterien-
sis, adiunctis etiam sibi schultetis numero 48. qui simul faciunt
cum eis sexaginta, præfecti substantiæ Pontificis iuxta exemplum
Salomonis Regis Israel præbentes alimoniam Principi per singu-
los dies vnusquisque in mense suo. Hæc dum ita seruarentur omnes
diuites atq; fœlices fuere, nullusque locus querelæ aut iurgiorum pa-
tuit,

A ruit, sicque famosa ac celebris fuit hæc sancta observatio, vt diuæ memoriae **SANCTVS ENGELBERTVS** Archiepiscopus Coloniensis Martyr hanc obseruantiam in sua Metropolitana Diœcesi introducere moliretur, licet sanctâ morte præpeditus ac martyrij laureâ coronatus id exequi nequiverit: Hactenus **Wernerus Roleuinekius** Carthusianus in sua Westphalia cap. 9.

§. Quod cum Dñs Conradus Portuensis.

1224.

B Anno 1224. Feriâ sextâ à Pentecoste Conradus Episcopus Portuensis, Coloniae cum honore susceptus est. Erat is Eginonis ab Vrach Svvitonum * Dynastæ (quamuis alij aliam eius velint profapiam) filius, olim à patruo suo, Bertholdo Zaringiæ Duce, obses cum fratre Rudolpho datus, Philippo Sueuo, qui cum Ottone, vt supra meminimus, de Imperio armis decertauit, & manu Ortonis Wittels-



Conradus Portuensis Episcopus Coloniae est.

* id est, Heluetiorum.

Ciaconius.

D bachij Bambergæ cecidit. Conradus & Rudolphus adhuc obsides, religionis amplectendæ vota emiserunt, si vadimonium illis missum fieret; missio facta, Conradus apud Villarium Ordinis Cisterciens. Rudolphus Luzirachi monachorum habitum induerunt. Ipse porro Conradus primò Prior, deindè Abbas Villariensis, tandem Clareuallensis & Cisterciensis est designatus. Denique obtento Episcopatu Portuensi, inter Patres Purpuratos titulo S. Rufinæ relatus, contra Albigenes legatione functus est.

Hoc quoque eodem tempore in concitandis Germanorum animis ad recuperationem terræ sanctæ non sine ingenti fructu laborauit. Erat hic vir cum Nobilissimus, tum Religiosissi-

giosissimus, Sancto nostro perquam familiaris & amicus, ac A
 post, anno 1234. diues meritis ad superos euolauit.

Rex Hierosolymitanus Colonia.

9. Ioannes Rex Hierosolymitanus.

Insignia hæc Hierosolymitana secundum vulgare usum sculpta sunt alioquin prout ex antiquo numismate peregrinorum

D. Auber- tus Miræus vulgavit est Hæc cum I intersecante & quatuor circūpositis.

Pro Regibus captiuis & reputatione iuris Imperii laborat S. Engelbertus.

Eodem anno 1224. Ioannes Hierosolymorum Rex, cuius in capite sexto fit mentio, à visitatis S. Iacobi liminibus in Germaniam diuertens Regem Henricum salutauit, quem Colonia comitatus, ab ENGELBERTO Archiepiscopo, ac totâ ciuitate in peruigilio Assumptæ B. M. Virginis cum magno honore & gaudio fuit exceptus.

Occasione hac vsus S. ENGELBERTVS iterum pium suum conatum ostendit, in liberando Waldemaro Daniæ Rege, & recuperandis Imperij terris à Rege occupatis, egitque, vt Henricus Imperatoris, filius & Conradus

sedis Apostolicæ Legatus alijque Principes cum ipso ea de re in Saxoniam irent. Albis igitur fluiui ripam tenentes præmiserunt Hermannum Magistrum Hospitalis Teutonicorum ab Imperatore eo etiam nomine missum, vt Regem Waldemarum & comitem Henricum inter se reconciliaret: Effecit is, vt subsecutis Principibus & præsentibus, Rex promitteret, se restitutus Imperij terris coronam de manu Imperatoris accepturum, ac prodictione sui è vinculis centum marcarum millia numeraturum. Accipientibus eam promissionem Principibus, Alber-

tus



A tus comes de Vorlemunde Waldemari ex sorore filius cum Baronibus Danicæ eam improbantes, conscensis nauibus indignabundi recesserunt, ablata secum immensa vi pecuniæ, quam redempturi Regem contulerant. Re igitur infecta Principes abiere:] *Godefridus hic.*

B His alijsque Imperij occupatus negotijs S. ENGELBERTVS, suorum Religiosorum non neglexit commoda, sed ea etiam liberalibus promouit donationibus. Ita enim ipse S. ANCTVS hoc anno 24. (vt habetur in Archiuo Campensi) ordinationis suæ sexto concessit, vt supra memini, Abbati & Monasterio veteris Campi priuilegium colendi agros in minori campo & grangia, remisitque eis decimationem noualium, de quibus primum instruendis laborarent, vt antè Eugenius tertius & Innocentius tertius quoque remiserant. Tabulæ eam in rem hæ sunt confectæ.



IN Nomine Sanctæ & Indiuiduæ TRINITATIS.

Diploma S. Engel-



GELBERTVS Dei gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus tã presentibus quam futuris in perpetuum. Expediens est animabus & salubre, eorum qui vt Christum lucri faciant spontanei pauperes effecti sunt, in-

berti pro Campensibus. Voluntaria paupertas.

D inopiam & defectum supplere, hoc enim faciendo seminantur temporalia, vt æterna metantur. Hac consideratione inducti dilectæ Nobis filiæ Ecclesiæ Campensi concedimus authentico præsentis, vt si causa exigente in locis qui dicuntur interior campus & grangia pecudum, vel alijs quibuslibet locis ipsorum, personas Laicas pro agris colendis insti-

o

instituire voluerint, ipsi Laici in communibus syluis pratis, pascuis, & locis palustribus adiacentibus, potestatem habeant, & ius commune, A
& quia eidem Campensi Ecclesiæ duorum Summorum Pontificum, Eugenij videlicet Tertij, & Innocentij Tertij benignitas, remisit omnē decimationem prouentuum, de locis proprio labore & sumptu excultis, Nos etiam iuxta hanc Patrum Nostrorum indulgentiam, Campensi Ecclesiæ indulgemus, vt à Laicis suis in locis prædictis institutis vel pro tempore instituendis propriorum bonorum decimas tam maiores recipiant quam minores. Vt hæc nostra donatio Campensi Ecclesiæ stabilis perpetuò & inuiolata perseueret, præsentem paginam, inde conscriptam, imaginis nostræ appositione fecimus communiri. B
Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1224. Pontificatus nostri Anno sexto.

Et vt Lectori magis manifestum fiat, quàm bene cupierit religiosus S. ENGELBERTVS, alias subijcio tabulas, quibus hoc eodem anno nonnullorum prædiorum donationem Campensi Ecclesiæ factam confirmauit.

Aliud Diploma S. Engelberti pro Campensibus.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis ENGELBERTVS Dei gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus vniuersis hæc legentibus atque lecturis in perpetuum. Pastoralis nostræ curæ debitum requirit, vt regimini & paci omnium fidelium iurisdictionis nostræ, paternæ sollicitudine intendere debeamus, specialius autem & attentius curam gerere tenemur profectus & quietis eorum, qui derelicto in manu Ægyptiæ pallio fugientes manent in solitudine, vt quietius & liberius seruitio valeant vacare diuino. Cum igitur dilecta nobis filia Campensis Ecclesia per testes omni exceptione maiores nobis constare fecerit, quod curtes quæ dicuntur Gomersheim, Honnepel, Hanxlær, Gotterswich & Wilich, cum omnibus suis pertinentijs per 40. annos quietè possederit, consequens est, vt ipsa bona Episcopalis authoritas Nostra domui Campensi confirmare debeat actuari: Eandem igitur D
domum cum personis Religiosis, & sæcularibus Ecclesiæ attinentibus, vel ex bonis Ecclesiæ commorantibus, & omnibus possessionibus suis in nostram suscipientes tuitionem, super prædictis curtibus & terminis earum districtè & sub excommunicationis pœna prohibemus, ne quis in eis de cætero dilectis filijs nostris incommodus aut molestus existat. Præterea præstabilibus eorundem filiorum petitionibus prompto libenter concurrentes assensu, sub eadem districtione firmiter inhibemus,

A mus, ne quis communia ipsorum bona ipsi Ecclesiæ, vel eius grangijs in syluis, in palustribus locis, & pascuis circumquaque adiacentia in agros excolendo conuertat vel cōstructiones nouas in eisdem ipsorum communibus ædificare præsumat. Vt autem hæc nostræ libertatis indulgentia Ecclesiæ Campensi perseueret, præsentis chartæ attestacione & sigilli nostri impensione roborauimus. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1224. Pontificatus nostri anno sexto.

Hoc etiam anno perpetuum largitus est, *Henrico Præposito Bonnenfis Collegij* (suo postea successori) *decimas noualium in Parochiis, in* **B** *quibus ius illi patronatus competebat, vt eis libere vteretur, frueretur.* *dotatio.*

Claudant anni periodum, procurata Rodensibus in Parœcia Cæsaris Insulari per S. ENGELBERTVM, eiusque tutela commissum Regem priuilegia. Cum enim à parente Ecclesia, seu vt loquuntur, à matrice longius abessent, certis partibus facellum velut ipsius propaginem ac sobolem vel si maioris cum vulgo loqui, ius filialis à Werdensi Capitulo, & Archipresbytero obtinuerunt; Dati ea de re diplomatis introitum & clausulam hinc subrepto. *Rodensie Parœcia.*

D Henricus Septimus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Cum Romanorum Regum dignitati præcellenter conueniat, vnicuique subditorum suorum ius suum illæsum conseruare, speciali tamen affectu moueri debet circa Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, vt, qui frequentius diuinis inseruiunt laudibus, ab incursum rerum sæcularium non inquietentur: consideratione igitur eâ moti ad declinandam præsentis sæculi calumniam notum facimus, tam præsentibus quam futuris: quod Capitulum & Archipresbyter Werdensis Ecclesiæ ad petitionem Nostram & Domini Coloniensis Archiepiscopi ENGELBERTI Capellam in Rade in Parochiâ Werde sitam consecrari permiserunt tali distinctione & cautela..... Si quis vero aulu ductus temerariò huic ordinationi tam rationabiliter factæ obuiare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, Nostræq; Maiestatis offensam se noverit incurrisse. Ad huius perennem memoriam, imposterum duraturam præsentem exinde chartam conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt: ENGELBERTVS Coloniensis

*E. Archiepiscopus, B. Argentinensis, D. Marchio de Hamberg & comes de Ditz An. Marschalcus de Instingen. *H. Dapifer de Walpurg. M. A. Notarius. C. Notarius de Popardia, H. de Scharffenburg, F. de Tanne, & alij quam plures. Datum apud Hagenowe Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXIV. VIII. Idus Decembris Indict. 13.

§. Cū venissēt Coloniā FF. de nouo ordine Prædicatorum, & FF. qui dicūtur Minores.

Quæ de nouis ordinibus Coloniā introductis Cæsarius hoc capite septimo tradit, ea iam supra relata sunt, anno lu. pra millesimum ducētesimum, vige-

Franciscani
Coloniæ.

simo primo, quo primum intra Coloniensium mœnia sunt admissi; quamuis ipsi vigesimum velint sui in urbem ingressus esse initium. Et Franciscani quidem eodem anno sæculi vicesimo primo Prouinciale Capitulum Coloniæ celebrarunt. Incolebāt tunc iidem sub S. Seuerini Banno vt loquūtur seu iurisdictione ædes, quas hodie Moniales Beatæ Mariæ Virginis in Sione possident.

Dominica-
ni Coloniæ

Anno verò 1239. occuparunt umbilicum ciuitatis in Parœcia S. Columbæ, quæ templo lauto, amplo & luminoso artificioseq; elaborato nobilitarūt. Dominicani Patres anno 21. vel vt vult ipsorum msc. P. F. Maluenda atq; priuata instructio, an. 1220. Ductore B. Henrico Agrippinēsi seniore Coloniā ingressi, neque hoc 24. neq; proximo insequenti 1225. anno liberi fuerunt

aut



A aut quieti à populi aliorumque murmure, vt patet ex defensione à Conrado Legato Apostolico suscepta. Hic enim in Synodo querulum, & inquietum propter priuilegia Prædicatorum, atque ab iis administrata sacramenta, S. Martini minoris Parochum, Parœciâ suâ mouit, vt testatur Fr. Ioannes Molitor *in manuscriptis Chronicis, Et pag. seq. Malvenda &c.*

B Beneficio insignis Collegii Canonicoꝝ S. Andree, Hospitalis B. Mariæ Magdalenaë cessit Dominicanis in locum habitationis, census in sacellum sancti Heriberti nuperrimè erectū, translatis. Meminit noui hospitalis à Petro Canonico fundati *Casarius lib. 9. dialog. cap. 56.* Illius alias in Annalibus Colonien-sibus dabo instrumenta.

C Eiusdem porrò Collegii (prout ex diuersis Archiuorum literis patet de Annis 1226. 29. 32. & 54.) vltiorem liberalitatem in acceptis ædibus, hortis, areis, ac structuris, Dominicani sunt experti. Generosi quoque Ducis Limburgensis (qui Ermesindam Theobaldi comitis Luxemburgensis in bello sacro functi viduam coniugio sibi iunxerat) munificentia princeps ipsius aula [prout in originalibus de annis quadragesimo secundo & quinquagesimo docetur] conuentui ampliando accessit, atque ita ad hanc, quam hodie videmus, latitudinem hoc Prædicatorum à S. ENGELBERTO satorum coenobium excreuit, licet illustrior multò sit amplitudo nominis ex multorum Theologorum, quos aluit, luminibus parta; quos inter vndecim vitæ sanctimonia excelluerunt. B. videlicet Henricus senior Co-



Canonico-
rum S. An-
dree libe-
ralitas.

Amplissi-
mus Præ-
dicatorum
conuentus
Colonie.

Sancti Co-
lonienses
Dominici-
cani.

loniensis, B. Henricus Coloniensis Iunior, B. Leo secundus ^A
tempore S. ENGELBERTI Prior conuentus, Albertus Ma-
gnus Episcopus Ratisponensis, Thomas Aquinas Angelicus
Doctor, Ambrosius Sansedonius Lector, Henricus Suso,
Henricus Calstrius, Thomas Cantipratanus, Adam & Salo-
mon. Verum de his propediem pluribus in historia Sancto-
rum Agrippinensium. Illis igitur omissis prosequar nunc
Cæsarii institutum. Et principio, quæ S. ENGELBERTVS ali-
quos metu de periclitatura ciuitate, si Ordines admitterent ^B
tur, exemerit, perspicue Cæsarius retulit: Quin etiam vani-
tatem metuentium Clericorum adhuc hodie prosperi ipso-
rum Ordinum successus redarguunt. Deinde haud qua-
quam in ordines à sede Apostolica approbatos prophetia
B. Hildegardis conuenit, quæ extat in Epistola S. Hildegar-
dis ad Clerum Coloniensem Coloniae in Quenteliana Ty-
pographia anno 1566. excusa. Iplas porro continuas contra
Prædicatores obiectiones ab Authoribus Maluenda & ^C
Bzouio allatas & dilutas hic ad verbum describo; quamuis
hi aliquantulum à tempore aberrent, eò quòd Synodum ex
codice antiquo Archiepiscopalis Archiui anno 1225. quarto
Idus Decembris celebratam, post Honorii Tertii annos vi-
deantur reiicere: ita enim inquit: Conradus Portuensis, cum
vidisset fratres Ordinis Prædicatorum, qui de nouo illuc aduenerant,
visitauit eos: dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Domi-
num, vt sibi ad quid ordo iste venisset, ostendere dignaretur: neque
mora, oblato & aperto libro, ad quid ordo Prædicatorum venisset, re-
sponsum est cogitationi. LAVDARE scilicet, BENEDICERE & PRÆ-
DICARE. qui statim effusus in laudem Christi, coram omnibus dixit,
licet alterius professionis sim habitu, frater tamen vester ero, quam diu
in vita subsistam, neque vlla vnquam aduersitate à vobis diuellar. Pro-
inde idem Cardinalis postea tempore Gregorij noni verbum memora-
bile respondisse fertur cuidam in Colonia sacerdoti. Illi enim synodo
præsidenti quidam sacerdos Parochialis conquestus est dicens: Ecce
fratres ordinis Prædicatorum, qui in nostrum damnum Coloniam in-
trauerunt,

Priora hæc
Parisii, po-
steriora Co-
lonia conti-
gerunt.

A trauerunt, falcem mittunt in messem alienam, subditorum nostrorum confessiones audiunt, & per hoc homines in fauorem suum attrahunt. Cui mox Conradus Legatus respondit, quis est numerus hominum in Parochia tibi subditorum & ille nouem millia, inquit, tunc consignans se cruce Legatus dixit, quis es tu miserrime, qui tot millibus solus sufficis debitam gubernationis curam impendere? nescis hominum perditissime, quia in illo debes tremendo iudicio ante tribunal Christi de his omnibus respondere? & tu tales habens vicarios, querularis, qui onus tuum gratis releuent. Quia igitur ex hac querela indignum te omnimodo cura indicasti, ideo priuo te omni beneficio Pastoralis. Hoc **B** facto publicauit auctoritatem, qua à Sede Apostolica Fratibus Ordinis Prædicatorum specialibus priuilegijs prædicare populis, & confessiones audire per sanctissimos Patres Innocentium Tertium, & Dominum Gregorium Nonum commissum est & iniunctum.

Videant nunc, quàm probè agant, quot quot Societati IESV, alijsq; Religiosis hac ætate nostrâ eandem occinunt cantilenam.

Societas
IESV frustra impu-
gnatur.

C

Caput Octauum.

De affectu viri SANCTI in pauperes, viduas & afflictos aliosq; subditos etiam tempore famis nec non submissione erga sanctam Sedem Apostolicam.

SEDENTE eo Colonia in palatio Episcopali in iudicio, vidua quædam causam habens, propius accessit, petens sibi dari aduocatum Nota tanti qui eius querimonias proponeret. Cui beatus Episcopus compassus, principis aduocatorum auaritiam non ignorans, viduæ respondit: Bona domi- singularē na, liceat tibi pro te loqui: tu melius nosti, quæ necessitas te vrgeat, humanita- quam alij. Dicentibus scabinis, Domine, hoc est contra ius ciuitatis: tem. non aduertit verba illorum: hoc tamen adiiciens, Nos bene intelligimus verba eius. Alio tempore, descendente eo de palatio, occurrit quidam, in partibus superioribus nescio à quo se spoliatum conquirens. Qui statim in gradibus gradum figens, ita vt erat vestibus ad iter accommodis indutus, & calcaribus instructus, substitit, & cum multa patien-

122
 * *Marescalco* patientia hominem audire cœpit * *Marestallo* dicente: Domine, ascen-
 dite equum, quia via longa est, & tempus breue: ac si non audiret, ho-
 minem monuit, vt causam suam peroraret. Cumque iterato clamaret
 Marestallus, conuersus ad illum Episcopus, ait: Modo negotium pro-
 duxisti. Cumque plene intellexisset, vbi vel à quo spoliatus esset ho-
 mo, accito notario, literas in eodem loco & scribi & obsignari iussit,
 easque viro tradens, Vade, ait, & ostende ei, qui tibi tua abstulit, has li-
 teras: & si tibi non fuerint restituta, rursus ad me venias, & ego tibi
 tantundem reddam, sicque equum ascendit, & abiit. Ostendit & aliud
 signum magnæ pietatis. Anno præterito cum annona venderetur sex
 solidis, & eo amplius, & quod magis terruit homines, nec haberi qui-
 dem possit pro pecunia, naues cum annona comparans, autoritate
 sua è prouincia Moguntina eas iussit adduci, & per cœnobias, quæ ma-
 gis indigebant, distribui. Eodem tempore Colonia per totum Episco-
 patum suum, ad totius prouinciæ subsidium, cereuisiam coqui inhi-
 buit, malens maximis redditibus, quos recipiebat ab illis qui cereui-
 siam coquebant, carere, quàm quæstus sui causa populos fame perire.
 Spiritu timoris Domini alienus non erat: quia nullus nostri temporis
 pontificum summo Pontifici plus illo timoris & reuerentiæ exhibebat.
 Vnde cum Dominus Honorius Papa mortem eius deplangeret, dixisse
 fertur hoc verbum: Omnes de Alemannia, timore eius me timebant.
 Nam propter obedientiam, quam Papæ & Regi exhibuit, occisus est.

NB. Auctori-
 tatem S. En-
 gelberti in
 vicinis pro-
 uincijs.

Vt prosit
 multis sua
 lucra ne-
 gligit.

Notatio ad Caput Octauum.

1225. 5. Anno præterito cum annona venderetur.
 Prodigiosa fames Proximo enim anno superiore, vt testatur Godefridus sæ-
 mortem S. me bienni vexari cœperunt; Vnde annus Martyrij S. EN-
 Engelberti G E L B E R T I & fame inaudita prodigiosus fuit, eaque pro-
 præcedit. pter Cæsarius aduectam Moguntia rei frumentariæ copiam,
 cocturamque cereuisiæ inhibitam retulit.

Hoc eodem 25. anno Fridericus Secundus Barbarossæ
 Nepos propter S. ENGELBERTI merita liberaliter in Eccle-
 fiam

A *fiam* Coloniensem contulit prædium in Richterich, tanquam feudum, vt constat ex archiuo Metropolitano. Cuius liberalitatis & munificentia tabulas ipsas præstat audire.

Donatio Richterich facta S. ENGELBERTO Anno 1225.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Amen. Fridericus secundus Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Sicilia. Inter actus nostros multiplices quibus nostræ dignitatis sublimitas exaltatur, illud nobis & perpetuo gloriosum in terris & procul dubio retributum in cælis, quidquid propter Deum conferendo Sacrosanctis Ecclesijs in aula reponimus sancta eius: hac igitur consideratione ducti & attendentes fidem puram, & deuotionem laudabilem, nec non & grata valde & accepta seruitia quæ ENGELBERTVS Venerabilis Coloniensis Archiepiscopus dilectus Princeps Noster Nobis & Imperio exhibuit iugiter & exhibet incessanter, vt merita suæ probitatis & fidei Ecclesia sentiat cui præest, ad petitionem & preces eius quas fauorabiliter admittere volumus & liberaliter exaudire, de liberalitatis nostræ gratia qua consueuimus benemeritis respondere, concedimus & donamus in legitimum feudum sanctæ Coloniensis Ecclesiæ ipsi etiam Archiepiscopo & eius successoribus in perpetuum, prædium illud quod Theodericus de Heinisberg fidelis noster in Richterich ab imperio tenuit, & voluntate spontanea nostris manibus resignauit, volentes & autoritate præsentis priuilegij firmiter statuentes vt prædicta Coloniensis Ecclesia iure perpetuo prædium ipsum in pace & quiete possideat, nec aliquis sit tam ausus, qui Ecclesiam ipsam, præfatum Archiepiscopum, ac successores suos de eodem prædio perturbare de cætero seu molestare præsumat, quod qui præsumpserit indignationem nostri culminis se nouerit grauiter incursum: Ad huius igitur concessionis & donationis nostræ memoriam & robur perpetuo valiturum, præsens priuilegium scribi & sigillo maiestatis nostræ iussimus communiri: huius autem rei testes sunt hi, Ioannes Rex Hierosolymitarum, Ekbertus Babebergensis, Conradus Ratisponensis, Oliuerus Padebornensis, Ekehardus Mersburgensis, Episcopi, Hermannus Magister Hospitalis S. Mariæ Teuthonicorum in Ierusalem, Lupoldus Dux Austria, Bernardus Dux Carinthiæ, Reinaldus Dux Spoleti, Henticus Marchio de Andisle, Henricus Marchio de Burgouue, Hermannus comes de Vroberg, Otto comes de Orlenburg,

P

Bernar-

Diploma
Friderici.

Bernardus de Horstmare, Henricus comes de Euersten & alij quam plures. A



Signum Dñi Friderici
Dei Gratia inuictissimi
Romanorum Impera-
toris semper Augusti &
Regis Siciliae. B

Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense Iulij tertiæ decimæ indictionis, imperante Domino nostro Friderico secundo Dei Gratia Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Siciliae, anno Romani Imperij eius quinto, Regni verò Siciliae vicesimo octauo, fœliciter Amen. Datum apud Sanctum Germanum, anno mense, & indictione prædictis.

Infra Diploma ex Sericis, rubei, viridis, & flauis colorum filis contextis, dependet sigillum magnum rotundum, referens in solio Imperatorem rogatum, dextrâ sceptrum, sinistrâ tenentem globum cruce insignitum, in capite gestantem coronam à quâ velut insulâ Vittæ ab utraque parte, duo lilia desunt. Inscriptio eius hæc est.

✠ Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

Walterus Episcopus Cariolensis suffraganeus S. ENGELBERTI. His iisdem temporibus, Idibus Iulii, Walterus Cariolensis Episcopus auctoritate S. ENGELBERTI Archiepiscopi in D Ecclesia SS. Apostolorum creatæ & excitatæ sanctarum reliquiarum thecæ benedixit, cuius thecæ instrumentum cum descriptione preciosissimi thesauri edam in Metropoli Colonien- si. Testudo eius Ecclesie absoluta fuerat Anno 1219. per Alberonē Laiū.

Repositas in penetralibus Veteris Campi tabulas de anno 25. notitiâ Cerecensualium Lectorem instituturas, & mecum

A cum à Domino Laurentio de Beueren Abbate Campensi communicatas, prout supra spopondi, ad verbum hîc euulgo.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis ENGELBERNVS Diuina ordinatione sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quoniam Ecclesiis nostræ Diœcesis vniuersis & principaliter Christi pauperibus infra ambitum ipsius degentibus ex autoritate officij nobis designati cura solerti intentione sedula prouidere monemur, super

Diploma
S. Engelberti pro
FF. Campensibus.

1225.

B quadam donatione solemnè Ecclesiæ Campensi confirmanda, præsentis priuilegij notulas conscribi & sigilli nostri impressione corroborari fecimus; non ergo prætereat tam modernos, quam in perpetuum successuros, quoniam vir illustris Hermannus de Volco ex vñanimitate consensu Florikini filij sui quendam suæ proprietatis iuuenem Godefridum nomine, & mulierem nomine Gertrudem, iure seruili sibi atinentes cum omni sua proprietate ob animæ suæ & prædecessorum salutem iure Cerecensuali Ecclesiæ Campensi & fratribus ibidem Christo famulantibus nullo reuente coram testibus idoneis contradidit ea conditione, vt quilibet de tribu præfatæ mulieris siue masculus siue fœmina cum ad annos discretionis peruenerit, debitum suæ conditionis recognoscendo singulis annis duos nummos in natiuitate Beatæ Mariæ Ecclesiæ Campensi tribuat, cum vero ad nuptias transire desiderat, nubendi licentiam sex denarijs redimat, morientes verò quidquid in mobilibus rebus quibuslibet vnum possederant pretiosius hoc successores eorum Ecclesiæ supradictæ sine doleo exhibeant. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo vicesimo quinto

C indict. tertia decima, mense Maio. Nomina testium Rudolphus Sacerdos de Hulfe, Henricus miles de eadem villa, Hermannus miles de Buckheim, Godeschalcus de eadem villa, Pelegtinus de Campo, Henricus Wittwege.

Pseudoco-
mes ad S.
Engelbertū
appellat

De Pseudo-Balduino Constantinopolitano ad annum vicesimum quintum, Godefridus mira recenset; quod videlicet cuiusdam solitariorum habitu induti vultus, in fraudem Flandrenses & Hanaugienses impulerit, ita vt Balduinum ipsum, qui multis iam antè annis post Constantinopolitani adeptionem Imperii in Græcia perierat (vti docet historia)

Vide Mirā
in historia
sua Flādrica
ad annum
1225.

viuere crederent, quod ipsius faciem exhiberet. Ab ipsis igitur in comitijs ad honorem euectus, intra duorum mensium spatium, magna terræ parte occupata, purpuram obtinuit ornatum Imperialem, præeunte Cruce; qui mos est Imperatoribus Constantinopolitanis. Et quamuis à Ludouico Franciæ Rege iuxta Peronam, Viromandiæ Castellum examinati persona fuisset detecta; cum parte tamen suorum secum faciente, profectus est Coloniam, quasi auxilia petiturus ab ENGELBERTO Archiepiscopo tunc Regni Teutonici gubernacula tenente; at clam sociis soliuagus aufugit, Archiepiscopo nunquam viso, & paulò post in Burgundia exagnito vultu detentus, atque in Flandriam remissus, vbi ad Risle Flandriæ Castellum, patibulo eminent affixus, laqueo vitam finiuit. Magna plebis pars, etiam à morte, ipsum fuisse verum Comitem contendit. Alberti Stadenſis Chronicon in ista Pseudo-Balduini historia, vehementer cespitat, dum Sancto nostro prudentia ac perspicacitate excellenti viro affingit, tutelam huius personati Regis, & nescio quas inter ipsum Archiepiscopum nostrum, eiusque suffraganeum Leodiensem Episcopum, de hac ipsa larua tricas & adiurationes intercessisse retexit. Ego potioſorem fidem censeo habendam Pantaleonitæ Colonienſi, qui Pseudo-Balduinum inquit, *fuga elapsum, Archiepiscopo nunquam viso.* Deinde haud parum Stadenſis aberrat, dum successorem S. ENGELBERTI vocat Conradum, cum is fuerit Henricus de Molenarck.

Risell id est
Insulis.

Caput Nonum.

De Veneratione SANCTI ENGELBERTI erga D. Virginem, humanitate ac beneficentia in Sacerdotes atque Religiosos & studio pro decore domus Domini.

RELIGIOSOS, imo in religiosis Christum, ita honorare studuit, ut personis priuatis assurgeret, & tam humiliter cum eis loqueretur, ac si illis

A si illis subditus esset. Sacerdotes seculares & pauperes valde, personis illustribus, secularibus tamen, neglectis, de sua scutella comedere, & de suo scypho bibere sæpissime coëgit. Vestimenta sua aliquando satis preciosa, quibus ad breue tempus vsus fuerat, non histrionibus, sed sacerdotibus; non scurris, sed Clericis dare consueuerat. Et quia timor sine dilectione minus placet, B. Virginem Mariam, quæ mater est pulchræ dilectionis, id est, Christi, qui fons est & author totius amoris, in tantum dilexit, vt per annos aliquot, omnes quartas ferias in eius honore ieiunaret, & duabus vicibus, postquam factus est Episcopus, limina eius in Rupe amatoris visitaret. Decorem domus Dei cum sancto David sic dilexit, sic desiderauit, vt Ecclesiam Sancti Petri, quæ mater est omnium Ecclesiarum prouinciæ Coloniensis, renouare fratres hortaretur, promittens se quingentas marcas statim ad inchoationem oblaturum, ac deinde annis singulis marcas totidem, donec fabrica consummaretur. Fecerat autem ante mortem suam vestimenta pontificalia ex purpura & lino subtilissimo, simbriis & laminis aureis, itemque margaritis & gemmis tanti decoris, vt cordis eius deuotio in illis tanquam in speculo reluceret. Semel tantum iis vestimentis vsus est, idque in uelatione sanctimonialium: quod officium sine lachrymis exercere non potuit. Calicem vero aureum ex gemmis preciosis, à diuersis Regibus **C** illi missis, valoris, vt aiunt, plus quam quingentarum marcarum, ad honorem domus Dei fieri curauit, quem deuotus super altare beati Petri Apostolorum principis obrulisset, si non prius de passionis calice bibisset.

Mira eius modestia & humilitas.

Impense amat matrem Christi.

Psal. 52.

Calix ingentis precii, unde liquet gratum esse Deo quicquid ad eius honorem expenditur.

EPILOGVS LIBRI PRIMI

Hæc de vita & actibus beati viri dicta sufficiant, ex multis pauca. Non enim tam multa, quam vera probitatis eius acta scribere proposui, ne mihi ab iis, qui virum nouerant, de mendacio pollic insultari, eo quod nondum expletus sit annus, ex quo passus est: & ne congestorum copia legentibus generet fastidium. Nunc autem quam feliciter, etsi difficulter, de laua temporalium per ascensum purpureum, id est, martyrii meritum ascenderit ad amplexus veri Salomonis, id est, ad quietem diuinæ contemplationis, stylus manifestet: quia, vt ait quidam ex eius concanonicis, sacerdos deuotus & literatus, aliam viam, per quam in statu tali positus ianuam regni cœlestis, quæ angusta est, intrare permisset, non considero.

Notatio ad Caput Nonum.

A

§. Religiosos imo in Religiosis Christum.

Multi Re-
ligiosi sub
B. Engel-
berto ad-
mittuntur
Colonia.

Auari Re-
ligiosi
mūltatio.

QVAM molestiam SANCIVS ENGELBERTVS ob quosdam mendicantes Religiosos, vrbi Coloniensi ad scriptos, deuorauerit, cap. 7. adnotauit. Sed præterij eorundem priuilegiorum participes Augustinianos & Carmelitas, quorum Basilicas auspicijs S. ENGELBERTI ædificatas Archiua docent. Tacite eisdem temporibus cœpisse Teutonicos ad diuæ Catharinæ, monasteriaque Cisterciensium B. M. V. in Sione vel speculo, & Pœnitentium, quas vulgo albas Dominas appellant. Meritò igitur Sancti nostri beneficentiam in religiosos hoc capite extollit Cæsarius: illud tamen aduertendum, quòd Religiosis nimium tenacibus non prolixum suum animum ostenderit; sed illis potius, sibi suisque benefaciendi, occasionem præbuerit: Hinc Beatus Martyr alioqui in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, auari cuiusdam Religiosi ac tenacis monasterium frequentabat. Nam, vt testis est Cæsarius lib. dial. 4. cap. 72. *Monasterio cuidam Episcopatus Coloniensis, regulis & legibus S. Benedicti obstricto, (nomen pro tempore omisi) Præpositus nimium tenax præerat, qui neminem sponte suâ hospitio ex regula suâ susciperet, licet rebus omnibus abundaret. Episcopus (ENGELBERTVS) eiusdem monasterij Patronus sciens hominem pecuniosum, & inhospitalem, semel atque iterum quotannis equitum & Nobilium stipatus agmine, apud ipsum diuersabatur, in quo à Præposito totidem impendebantur sumptus, quot sufficerent peregrinorum toto anno aduentantium alimonia. Ad reliqua verò monasteria, multo etiam ditiora non diuertebat, (S. ENGELBERTVS) sed iis sua benignè largiebatur, vt impleretur illud Saluatoris, omni habent; dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, etiam quod non habet, auferetur ab eo.*

§. Limi-

§. Limina eius in rupe Amatoris.

A Est ea rupe in Cadurcensi dicecesi à Tolosa, Parisios versus milliari Gallico disiuncta; locus à peregrinantibus multis, etiam à S. Dominico frequentatus, vt refert *Maluenda msc. anno 1219. cap. 19.* Id loci miraculis celebrem sub B. M. V. Patrocinio Ecclesiam exstruxit. S. Amator, quem in Deiparæ ministerio fuisse baiulum Christi asserunt.

B §. Vt Ecclesiam S. Petri quæ mater est omnium Ecclesiarum prouinciæ Colonienfis.

Structuram operis Metropolitanæ à B. ENGELBERTO meditati, Conradus de Hochsteden magnificè primum inchoauit. Vnde hi versus scripti leguntur,

Anno milleno bis centeno quater decimo dabis octo,

Dum colit assumptam Clerus populus que Mariam,

Prasul Conradus ex Hochsteden generosus,

C *Ampliat hoc templum, lapidem locat ipseque, primum*

Anno milleno ter centeno vigenaque iungo

Tunc nouus ipse chorus cæpit iubilare canorus.



§. A diuersis Regibus illi missas.

Hoc nono vt & sexto capitulo supra allato Cæsarius meminit donorum à diuersis Magnatibus in Sanctum nostrum collatorum : inter quæ in Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienfis sacrario etiamnum plura conseruantur, nonnullaque, vt traditio habet & necrologia testantur, manibus

D S. Elisabethæ elaborata, Deoque T. O. M. oblata.

FINIS LIBRI PRIMI.



* *Surius 7.*
Aprilis in vi-
ta B. Her-
manni.

ENGELBERTE viden' gladys * *ut fixa laboreet*
Cynthia? fatalis sunt ea signa manus.
Ergo pugil, letus quod stringitur accipe ferrum
Mator ab accepto Gloria, crede, venit.